



DAVIDIS CZVITTINGERI  
NOB. HVNG.  
SPECIMEN  
**HUNGARIAE**  
**LITERATÆ,**  
**VIRORVM**  
**ERVDITIONE CLARORVM**  
**NATIONE HUNGARORUM,**  
**DALMATARVM, CROATARVM, SLAVORVM,**  
**ATQUE TRANSYLVANORUM.**  
**VITAS, SCRIPTA, ELOGIA ET CENSVRAS**  
**ORDINE ALPHABETICO**  
**EXHIBENS.**  
*ACCEDIT*  
**BIBLIOTHECA**  
**SCRIPTORUM**  
**QUI EXTANT**  
**DE**  
**REBUS HUNGARICIS.**

---

*FRANCOFVRTI ET LIPSIÆ*  
TYPIS ET SUMPTIBUS JOD. GUIL. KOHLESII, VNIV. ALTDORF. TYPOGR.  
ANNO MDCCXL

## DIODORVS SICVLVS.

**A**Qvum est, simulque vita communi condu-  
cibile, bonos aeternis commendatos laudibus  
illustrari. Nam Majorum amulatione & memoria  
Posteritas ad communem beneficentiam incitatur.

INCLYTI ET APOSTOLICI REGNI  
HUNGARIÆ  
**COMITATUS HONTENSIS**  
OPTIMATIBUS ATQUE PROCERIBUS  
**COMITI SUPREMO**  
*ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO QVE*  
NEC NON  
**VICE-COMITI**  
*GENEROSSIIMO*  
PRÆTEREA  
**JUDICIBUS NOBILIU**M  
*Æ QUI BONI QVE SERVANTISSIMIS*  
CETERISQVE  
**ASSESSORIBUS NOBILIBUS STATIBUS**  
ATQUE ORDINIBUS  
TUM ILLISTRIS PROSAPIÆ ANTIQVITATE TUM FORTITUDINIS CLARITATE  
TUM MUNERUM DIGNITATE TUM CONSILIORUM SALUBRITATE  
TUM FIDEI IN DEUM REGEM ET PATRIAM FIRMITATE  
FULGENTISSIMIS  
DOMINIS SVIS ET PATRIÆ PATRIBUS OPT. MAXIMIS

PACEM OMNIUM VOTIS ANXIE EXPETITAM  
REGIMEN TRANQVILLUM  
FORTUNAM INVIDIA SUPERIOREM  
FAMILIAM PERPETUO FLORENTEM  
POSTERITATEM HAUT INTERMORITURAM  
AC FATA VOTIS QUIBUSCUNQUE FELICIORA  
EX INTIMIS CORDIS VISCRIBUS  
DEVOTISSIME APPRECATUR  
SIMULQVE  
S P E C I M E N  
HOC  
HUNGARIÆ LITERATÆ  
IN OBSERVANTISSIMI ANIMI TESTIMONIUM  
HUMILIMI OBSEQVII VADIMONIUM  
ATQVE SUI STUDIORUMQVE SUORUM COMMENDATIONEM VALIDISSIMAM  
EA QVA PAR EST VENERATIONE  
*DICAT DEDICAT CONSECRAT*  
A U T O R.

¶¶¶ (o) ¶¶¶



# P R A E F A T I O AD L E C T O R E M.

**D**octrina & Virtute insignium Virorum Nomina, Facta ac Scripta publicis literis monumentisque consignata ad posteros transmittere, mos uti ab omni aevi valde fuit laudabilis, ita hac nostra etate idem ille apud ultiores plerasque Europeae gentes observatus non potest non deprehendari: præterquam enim quod Majorum emulazione & memoria, qui erunt & qui futuri sunt, ad eundem Virtutis trahitatem impigre calcandum alacriter excitantur, profecto exemplis etiam ejusmodi illustribus fax quasi prefertur ad eundem felicium emetendum. Cum igitur viderem, cuiilibet ferè Gentilis proprium quendam suppeteret Scriptorem, qui nomina, scripta, judicia & elogia Virorum eruditione clarorum collegerit, enumerarit, ac singulari volumini inserta exposuerit, solam vero Gentem Hungaricam Scriptore ejusmodi in hunc usque diem carere, cœn qvidem defectum hunc animadvertisens jam olim ingeminat Illustrissimus Hungariae Comes Petrus de Réva in nitidissimo de McNarchia & S. Corona Regni Hungariae Commentario, verbis prolati hisce: Inde ego sape conqueri, & infelicitatem gentis nostræ Hungaricæ accusare soleo, quod licet Majores nostri, ingenio, viribus ac armis excelluerint, pauci tamen reperti sunt, qui res patrias literis mandassent, contenti forsitan virtute, quæ laudata patrare novit, laudari negligit, nec prosperam suorum gestorum memoriam relinquent posteris, ignari priorsus, contemni famæ, contemni virtutes, suum cuique decus posteritas rependere solet, Heroasque honor Annalium æternus, non brevis & plebeja prædictio colit & consecrat. Quia cum querimonia sane justissima conjungi possint, quæ recentior aliquis Scriptor Jacob. Frid. Reinmannus in libello Versuch einer Einleitung in die Historiam Literariam tradidit, quando ad Questionem à se propositam hancce: Wer kan mir de Scriptis & Scriptoribus Hungaricis Nachricht geben? Respon-

## 558 (o) 559

sionem attulit istam: Ich weis niemanden / den ich dier darzu recommendiren könnte / Ich glaube auch nicht / daß jemahls einer von dieser materie was geschrieben habe / oder auch was sonderliches hab schreiben können / dann die Ungarn haben jederzeit ein solches naturel gehabt / daß Sie mehr auf ein gewandtes Pferd und einen blancken Säbel als auf ein curieuses Buch gehalten. h. e. ad Questionem hanc: Qvis me de Scriptis & Scriptoribus Hungaricis instruet? Responso allata est ista: De nullo mihi constat qvem tibi hac in re commendare possem Autorem, neque etiam crediderim, aliquem de tali materia unquam qvid scripsisse, aut notabile scribere potuisse, quippe qvod Hungari eo semper prædicti fuerint ingenio, ut plus eqvo generoso, acinaci- que fulminanti, qvam libro alicui amoenο & curioso tribuerint. Cui tam non immerito jincerum opposueris Ferdinandi Neoburgi testimonium, quod in Tractatu germ. Curienser Hofmeister p. 1127. verbis perhibuit seqq. Hiernedst haben sich unterschiedliche Ungarn habilitiret, und bewiesen / daß sie durch ihren Verstand nicht allein zum höchsten Purpur / sondern auch in allen Facultäten geschickt seyen / h. e. Præterea diversi Hungari re ipsa demonstrarunt, se vi ingenii sui non solum ad sum- mā Purpuræ Cardinalitiae dignitatem evectos, sed ad omnes etiam sic dictarum Facultatum Scientias addiscendas capaces esse ac idoneos. Quæ omnia æqua animi lance ponderans, mecum tandem constitui. aliarum gentium more, meæ quoque Patriæ claros literis Viros in apri- cum deducere, visurus, qvid hoc ipso in conatu humeri valeant, quid ferre recusent. Evidem diffiteri nequeo, ad tanti operis molitionem Virum ar- cessendum fuisse etate gravissimum, iudicio limatissimum, subidiis ac præjadiis literariis instructissimum, longo rerum usu exercitatissimum, in lectione Autorum quamplurimorum versatissimum, omnibusque numeris absolutissimum; At enimvero si voluntas, in omni licet virum defectu, sua tamen non penitus caret lande; profecto meum quoque hoc institutum hanc quisquam jure me- ritoque improbaverit, utpote quo ipso non tantum singularem in natale so- lum testari volui amorem, sed in simili Conterraneis æque meis, ac aliis qui- busvis Viris doctissimis stimulos quasi subdere, majore, quam mihi in præ- sens licuit, sollicitudine ac felicitate, idem hoc argumentum expediendi. In- terea Specimen duntaxat aliquid, non perfectum, numerisque omnibus ab- solutum Opus in salivam placuit emittere Eruditorum, aucturus id ipsum emen- daturus, Et quacunque ratione perfectius redditurus, dñmmodo tempora- mitiora experiri, fata benigniora sortiri, Et pleniorem Autorum patriorum noti-

notitiam adipisci potuero. Quemadmodum autem eorum, qui Eruditorum  
 clasii accensentur, b. e. quidpiam opera doctrinam continentis, in publicum  
 unquam produxere, tantus in plerisque Europe partibus numerus reperitur,  
 ut impossibile, vel saltem difficile sit, ad ungum singulos commemorare, ita  
 mihi quoque libere profitendum est, plures Eruditos Hungaros me ignorare,  
 quam cognitos habere. Neque vero admiratio quempiam ea propter ce-  
 perit, temporis nempe praesentis extra patrios transigendi lares indicia mibi  
 necessitate, probe trutinata: Quo minus enim voti mei compos fieri potue-  
 rim, impedimento fuere quam maxime bella, que in hunc usque diem,  
 Hungariam in agone fere jacentem, sine ulla respiratione, misere dilacerant  
 Mujasque tranquillitatis amantissimas ad Garamantias & Indos relegatos,  
 contenti habent ac fastidio. Deinde commercii epistolici per Hungariam  
 ad argumenti ejusmodi uberiorem elaborationem perquam necessarium de-  
 fens hanc leve scopo huic meo attulit impedimentum: cui accessit huc preterea  
 infelicitas quod opusculorum nuspian alili, quam in Hungaria impressorum  
 particeps reddi nequiviverim. Taceo plurimum in dignitate eminentiore hodie  
 intra & extra Hungariam constitutorum Nomina, Officia, Virtutes,  
 Scripta & Merita, quae uti hactenus indagare priors fuit impossibile, oc-  
 casione utpote omni eadem impetrandi desitutus, ita in tempus votis meis  
 magis responsurum, rejicere debui ac differre. Nihilominus tamen inopiam  
 bancce meam aliquadantem sublevatnus, illorum etiam nomina aliqua in  
 censum retuli Eruditorum, de quibus, preter unum aliudve elogium, aut  
 judicium, nihil amplius mibi constabat; quin nua vel altera tantum Dispu-  
 tatione publice impressa nomen in Academia aliqua professo, non modo non  
 neglexi, sed spe fretus uberiorum ex primitiis ejusmodi Academicis fructuum  
 in Patriam redundandorum, eosdem suo quemque ordine collocavi. Neque  
 verò de Hungarais eruditione claris verba faciendo, illos solum intellegendos  
 velim, qui ex proprie & stricte sic dista Hungaria natales suos arcessunt,  
 sed sub latiore significatione libuit complecti reliquos pariter Hungariæ  
 regno, innexos ac adscriptos populos, Dalmatas nempe, Croatas, Sla-  
 vos atque Transylvanos cuiuscunque religionis, quorum quidem quod  
 riora tum Nomina, tum Scripta, tum Elogia, tum Censura ad notitiam  
 meam pervenere, eorum majore cura ac animi voluptate ceteris inferenda &  
 adjungenda esse judicabam. Atque ut singula ratione ea digesta benevolo  
 exhiberentur Lectori, quae ad faciliorum non minus Nominum inquisitione,  
 quam inventionem facerent, seriem præcipue elegi alphabeticam, in  
 tanta Nominiū & Cognominiū varietate non solum lucem, cen quidem  
 mibi persuadeo, sed tedium quoque ea inquirendi dispersum: Potiora  
 tamen Cognomina expressi genuina sua & iustata scriptura ac terminatione  
 bun-

સ્નેહ (૦) સ્નેહ

*hungarica, enim quidem præcipue in finem, ut puri puti Hungari, quam  
 ex corruptè prolatis nominibus hungaricis hand asseverentur notitiam, ex  
 iis rectius scriptis eam sibi compararent, additâ insuper sub finem hujus opus-  
 culi in gratiam hungaricæ lingvæ non æque gnarorum Tabellâ Orthogra-  
 phia hungaricæ, cuius ope Nomina hungarice exarata melius legi ac pro-  
 nunciari queant; facili interim pro cuiuslibet Lectoris arbitrio, hungaricæ  
 in latinam terminationem futurâ commutatione. Qvod supereft, ad calcem  
 insimul hujus mei Speciminis, Indicalum aliquem Autorum, variis ex  
 nationibus gentibusque oriundorum subjeci, qui qvidpiam de rebus hun-  
 garicis quacunqve in lingua sua tradidere, Bibliotheculæ alicujus vicem  
 subiturum, unde Conterranei, præsertim adultores, temporum æque à  
 memoria remotiorum, quam recentiorum ac præsentium, res patrias cognoscere  
 desiderantes, subsidium aliquod & quasi manu inductionem capere queant.  
 Fauxit supremum Numen, ut qualiscunq; hæc opella mea, in ipsius sanctissimi  
 Nominis gloriam, Nationis hungaricæ illustrationem, uberiorem Hi-  
 storiæ hungaricæ elaborationem cedat, serviat, faciat. Bene vale Lector  
 faventissime, quem toto, eoque candido pectore appreco, obsecro & ob-  
 testor, ut si quid exploratius, perfectius, & accuratius hoc ipso in argu-  
 mento habuerit, mécum communicet, Schemniciumq; urbem Hun-  
 garie montanam, in Comitatu Hontensi majori sitam, vel si magis  
 commodum videretur Altdorfinam in Academiam ad ejusdem Typogra-  
 phum Kohlesium, sumtus in hoc Specimen facientem, id transmittat,  
 mibique in hoc studio ac studio versanti openferre hand  
 gravetur.*



*APPLAV-*

565 (o) 566

## APPLAUSUS VOTIVI.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ALTDORFINÆ  
h. t.

JOHANNES JACOBUS BAIERUS, D. & PP.  
*ad Generosum & praelare doctum Dominum*

AUTOR E M.

**S**ammarthane tibi quantum tua Gallia , quantum  
*Thomafine* , tibi debuit Italia:  
Quantum devincta est folers Germania *Adamo*,  
Quantum *Miræo* Belgica terra suo:  
Tantum , ZVITTINGERE , tibi debere fatentur  
Sangvine progeniti qvilibet Hungarico ;  
Qvod *patriæ doctos homines* , laudemqve merentes  
Enumeras scriptis & superesse facis.  
Hic labor inveniet laudes , namqve ipsem inter  
Doctos Hungariæ jam numerandus ades.

**Z**VITTINGERE sagax , Stirpis Prænobile Germen  
Pannoniæ , Clarii plausu dignissime cœtûs  
Autor docte Libri , qvo nomina clara Virorum  
Scribuntur , fortes ad Jazygas usqve Satorum.  
Grator de penito tibi pectore , votaqve fundo,  
Ut tua laus resonet per Hyperboreos metanaстas;  
Utzve bonis avibus mox tecta paterna revisens,  
Invenias fulvo ditatos ære penates.

*Lmque appreclatur id Nobilitate Generis & Literaturæ  
varie elegantia Cultissimo DNo ZVITTINGERO suo*

**CHRISTOPHORUS Sonning**  
SS. Theol. D. & P. Primarius.

X

Sic-

SC 35 (o) 355

**S**ic sine, *Pannonicis* dum fervent omnia bellis,  
*Hungare TU Musas* jam canis *Hungaricas*!  
Aptius *ex Armis* forsan sibi *Patria* nomen  
Et magis a *Pilo*, quam *stylo* habere volet.  
Sed *Tibi* Palladis in castris bene scribere visum,  
*Pannoniae PRIMO* fortia facta *Togæ*;  
Scilicet, ut, quam *Marte* cluit, tam fertilis *Arte*  
Monstretur *Tua* Gens, esse necesse putas.  
Hinc *Tibi* plus labor hic laudis decorisque parabit,  
*Qvo sunt nota Armis, Hunnica scripta minus.*  
Pro qvibus officiis, ut *præmia* digna rependat  
*Patria* dum curat; Quid videatur, habe:  
Qvæ prius innumeros jacuit neglecta per annos  
*Doctrinæ laudes* Vindice Cive ferens  
*Laudabit* qvoqve sera *Tuum* per secula *nomen*,  
*Doctaque posteritas Pannorum in ore feret.*

Clarissimi Domini Autoris de Patria Orbeque literate  
eleganti hoc specimine optime merenti  
appl. scr.

GUSTAVUS GEORGIUS ZELTNER  
S. Theol. D. & PP. Altdorffinus.

**AD GENEROSUM AUCTOREM.**  
**D**UM gravis incumbit patrio Mars impius orbi,  
TU Patriam celebrem Palladis arte probas.  
Omine felici: Nam Tu qvoqve pace recepta  
Sedibus in patriis Pallade clarus eris.

Doctissimo & pereleganti operi  
applaudens scr.

JOHANNES GVILIELMUS BAIERUS, J. G. Fil.  
S. Theol. D. Prof. Publ. Altdorffinus & V.D.M.

Int̄

SSS (o) SSS

**I**ntra stridentes bellorum mille tumultus  
Et patriam doctis haud caruisse doces.  
Sed memoras celebri scriptorum laude perennas,  
Ipse Tuæ patriæ gloria , fama , decus.  
Docta quidem per se florent præconia famæ,  
Sed magis à docta gloria scripta viget.

*De vitiis Clarorum Conterraneorum suorum  
clare scribenti Generoso DN. Auctori, Fautoris suo certissimo  
cordicitus gratulatur*

HENRICUS HILDEBRAND D.

Reipubl. Norimb. Confil. & Prof.  
Pand. Publ.

**E**rgone quem summa statuunt indaginis ausum  
Hungariam doctam fautor amice dabis ?  
Sic dabis , En ! cernit fœtus & patria & orbis,  
Quales nullus adhuc Hungarus usque tulit.  
Quid vero ? Si pro meritis tibi patria tantis  
Obstricta est extra dum pia rura viges,  
Quæ non , si tandem peregrinas liqueris oras  
Res curans vigiles emolumenta feres ?

Affectu haud infucato

p.

EUCHARIUS GOTTLIB RINK  
Jur. Publ. PP.

lx

355 (o) 555

**I**N vitam revocas *patriæ* dum *pignora dota*,  
Ipse Tibi vitam reddis, *Amice*, novam:  
Nempe per ora *Tuum Specimen* volitando Virorum  
Doctorum, Tuus haud demorietur Honor.

*Quo ipso Tetraстиcho extemporaneo  
Generofum*

Egregii hujus Speciminis

**A V T O R E M**

juxta votum sincerum,

*μυρομακαριουμακροσιόνιθ*

& pacatorum Patriæ temporum,  
de Favoris sui perseverantia

certiorem reddit

**DAN. GVIL. MOLLERUS, P.P.**

**AD VIRUM**

**GENEROSO SANGVINE ET ERUDITIONE NOBILISSIMUM,  
ATQUE PRÆCELLENTEM,**

**Dominum DAVIDEM ZVITTINGERUM,**

Nobilem Hungarum, elegantissimum  
**SPECIMEN HUNGARIÆ LITERATÆ EDENTEM**  
*Bona Verba Tubingā Altdorfium transmissa.*

ā

**JOAN. CUNRADO CREILINGIO, Phys. & Math. P.P. Ord.**

**P**laudite Pierides, qvas maximus irrigat Ister,

Qvasqve metalliferi Pannonis arva juvant.

Qvasqve Savus potat, qvas claudit Ferrea Porta,

Travus, & Illyrici qvas tenet ora maris.

Jam novus exoritur vestris ex ossibus Ultor,

In Famæ templum nomina vestra notans.

Jam ZVITTINGERUS, DAVIDES nomine,  
doctus

E Vestro natus sangvine Civis adeſt.

Qvi

(o)

Qvi studet ex orco Man es revocare Paternos,  
 Atqve immortales reddere tentat eos.  
 Qvi furit in Patriâ Mavrs fævissimus armis,  
 Atqve necat Musas & procul esse jubet.  
 Dum libertatem Patriæ e qværere dicit,  
 Qvæ gladium stringit exitiosa Manus.  
 Consilio meliore, dolens durissima fata,  
 Heros Pannonicus utitur ille novus.  
 In libertatem Musas vitamqve reducit  
 Pannonicas, nullâ Martis at Artis ope.  
 Non gladio, Ipse, stylo, calamo, non ense, liqvore  
     Atro, non hominum sangvine, cuncta gerit.  
 Hinc ZVITTINGERUM meritâ nunc laude co-  
     lentes  
 Vestrum , Pannonicæ plaudite Pierides!

E *Cquis , belligeris inter tot bella probari*  
*Pannonibus Pindum Pieridasque , putet?*  
*Mars & Apollo sacris ineunt hic fædera lauris;*  
*Hic Bellona suos , hicqve Minerva fovet.*  
*Hei , quot Pannoniae , Panno , clarissima prodis*  
*Nomina : doctrinae quot monimenta refers !*  
*Doctorum iam fama virum renovata per orbem,*  
*ZVITTINGERE , Tuo munere salva volat.*  
*Euge*

255 (o) 255

*Euge, bonos ausus ! Si quondam quernea civi  
Servanti civem missa corona fuit;  
Quot Tibi non laurus venient, fructusque laboris,  
Qui tot servasti nomina docta virum ?*

Doctissimo Generosoqve Dn. ZVITTINGER@  
eruditorum Civium suorum memoriam feliciter  
instauranti lubens meritoque dabat

**CHRISIANUS GOTTLIB SCHVVARZIUS,**  
Profess. Publ. & Benef. Nor. Inspector.

**H**Vngaricæ gentis generosæ scripta Virorum  
Vivere perpetuum primus in orbe facis.  
Nempe Tui populi Famam laudesqve celebras  
Sublimi calamo , vivido & ingenio.  
Exigis hoc studio monumentum longius ære,  
Ut Patriæ æternum sic habeare decus.

*Generoso Domino Autori, Fautori & Amico suo  
estimatissimo, prolixiori affectu quam vena  
Imque hac adposuit*

**ERHARDUS SPIZIUS, J. U. L.**

S. STE-

S: S: (o) S: S:

• I



S. STEPHANUS  
PRIMUS REX CHRISTIANUS,  
APOSTOLUS ET LEGISLATOR  
HUNGARORUM.



Ivo Stephano, *Toxis*, vetustissimo Hunnorum genere natus, *Avus* fuit, *Pater Geyfa*, ambo Duces Hunnorum fortissimi: *Mater* vero *Sarolth* dicta, *filia Gyulæ* itidem Ducis Hunnorum. *Patruus* ei fuerat *Michael*, *Patrueles* autem *Calvus*, *Ladislau* & *Vazul*. *Dictis* parentibus *Strigonii* A. C. 989. natus, baptisnate est initiatus ab *Adalberto* Martyre & Episcopo Pragensi, qui Divino Numine percitus tum venerat in Pannoniam, ab eo que nomen ei inditum est *Stephani* Protomartyris, ut Deo, antea a parente facta promissa præstarentur: e fonte vero sacro levatus est a *Theodato*, qui apud Sanseverinates latius in Apulia quondam imperaverat, in Hungariamque patriis finibus ejectus evaserat, & a Geyfa Duce Hung. mirifice observatus fuerat. Crescente ætate, sub dexterrima Episcopi illius Adalberti manuductione, fundamenta Religio-  
nis Christianæ, pietatis & eruditio-  
nis, tanta posuit, ut facile Ma-  
iores suos non modo superaret, sed & ipsos Mystagogos erudi-  
tione

A

## SPECIMEN

tione vinceret. Sæpe puer advocata concione , de religione , de charitate publica , de justitia & pietate , acerrime differebat. Detestabatur crudelitatem , homicidia , rapinas , vim , adulteria. Nil divino cultu & amore præstantius , nil pietate ac innocentia dignius & commodius asserebat. Infremebat quandoque in Scythicam crudelitatem , & aversos a Dei charitate animos , præcoci severitate ac vehementia corripiebat. Nunquam a Divini nominis mentione contemplatione alienus inventus erat. Innocentibus & commiseratione dignis , prompto patrocinio occurrebat , tuebatur eos apud Patrem , quem ne quid injusti faceret , quotidie admonebat. In collegio Sacerdotum & in sacris assiduo versabatur. Initia adolescentia paternum sæpe munus obibat , ut eum senio confectum & labore molestiaque pressum levaret , atque sic Reipublicæ detrimentum averteret. Sæpe pro Patre jus dixit , oratores audivit , & responfa iis dedit. A. C. tandem 997. provexit Stephanum , ad fastigium Regiæ Majestatis , non ambitio popularis , sed spectata inter bonos virtus : quum enim Geyfa , Dux Hunnorum , se ætate effœtum , ac filium regno haut immaturum esse , cognosceret , convocata concione , ac cunctis regni Principibus , eleganti piaque oratione (quam vide sis Decade 2. Lib. I. Hist. Hung. Ant. Bonfinii) Stephanum filium in successorem suum optandum pronunciandumque proposuit. Vix illa peroraverat senex , cum lacrymarum profluvio tandem claudebatur oratio. Quicunque aderant , pari pietate commoti , in ejus sententiam omnes ultiro contendebant , quando nihil Reipublicæ salutarius decernere , neque cumulatiores Duci de cunctis optime merito , gratias referre poterant. Præsente igitur patre , omnium consensu , Stephanus , non tam humano , quam divino judicio , non Dux , ut pater suus erat , sed *Hungarorum Rex* creator , universæque ei Reipublicæ summa traditur. Extinctum patrem pientissimus filius honorificentissimo funere ac singulari pompa exornavit. Initum jam pridem regnum , incredibili diligentia & æquitate administravit: nihil unquam aggrediebatur , quin præcipua aliqua Divini Numinis observantia in omnibus ejus dictis & factis eluceret , sancte persuasus,

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

3

susus, si vel latum unguem a Justitia & pietate deflexisset, continuò se cum regno ipso corruiturum. Nihil majore studio aggredi cupiebat, quam universos *Hungaros* ad lucem salvificæ perducere veritatis, probè perpendens, nullum diu Principem regnaturum esse, nisi *Justitia* & *Religione* præpolleret. Huc omnes ingenii nervos intendebat, & ut hæc facilius assequeretur, divinis Codicibus solertissime incumbens, primum & ante omnia populum suum in vitia & luxuriam propendentem, gravibus severisque legibus adstrinxit, ac barbarie omni suppressa, mansuetudine sensim animos eorum temperavit. Imitatus ea in re boni medici exemplum, qui corpus ægrum ad sanitatem reducit, & bona valetudini dissona membra restituit. Addebat ei animum Orientis Imperator & Germani, qui posthabit is belli studiis conditions pacis, *Gisela*, Henrici II. Imperatoris sorore, in matrimonium data, ultro acceptarant, ex qua illi *Emericus* (ut de cæteris sileam, quorum nomina ab Historicis non traduntur) sanctitate & pietate tanto amabilior, quantò ætas Juvenis ad Imperium aptior, suscep tus est. Huic pater per indulgentiam Procerum, Regnum conferre voluit, nihil sibi ablatum existimans, quod in filium tam charum contulisset, sinceriusque gaudium ex procreatione ipsius capturus, si insignia majestatis suæ, vivus adhuc in eodem conspexit. Verum spe delusus, morbis gravioribus superatum vidi filium ante diem vitam cum morte commutasse A. C. 1031. Incidit in hæc tempora Sylvester II. Pont. Rom. ad quem *Stephanus* quarto à Patris obitu anno, divinitùs permotus, *Affericum*, Colocensem postea constitutum Archiepiscopum alegavit, cum mandatis, ut ab Eo, *ceu Christi vicario*, in *Hungaros*, nuper adeò fidem ejus amplexos, Apostolicam benedictionem imploret, atque eos inter oves Petri adnumeret: posthæc ut *Strigonensem* Basilicam metropolitaram esse jubeat: item reliquos Episcopatus in Hungaria a se erectos sua confirmet auctoritate. Demum quando potestas omnis a Deo est, & maxima cœpta, sine Divina ope confirmari nequeant, regalia insignia cum Pontifícia benedictione piis precibus assequatur, ut eo fultus honore, quæ divinæ gratiæ ad-

## SPECIMEN

jutorio coepisset , ea magis magisque promovere , ac stabilire posset. Per idem tempus etiam Misca filius Boleslaus , Polonorum Dux , Christianam complexus fidem Legatos suos Romanam miserat , ut Pontificis benedictionem , & regium ipsi titulum impetrarent . Assenserat quidem Pontifex & jam coronam egregio opere confici curaverat , quam ei mitteret , suâ benedictione adjunctâ. Sed quia novit Dominus , qui sunt ejus , qui etiam duobus Apostolis Mathiam socio suo prætulit , & cum Apostolis annumerandam curavit , illâ Coronâ Stephanum ornari voluit , postea felicius gloria sempiterna coronandum. Nocte enim ejus diei , quo statuerat Pontifex coronam Polonorum Principi dare perferendam , apparuit ei Angelus Domini , aitque ad Pontificem : Noveris , cras hora diei prima , ignotæ gentis nuncium ad te venturum , suo Duci coronam regiam & Apostolica benedictionis munus abs te expediturum. Eam ergo coronam , quam parari jussisti , illi in eundem anter tribue , ad illius Ducem eam aportaturo , nec dubites illi eam cum Regni gloria pro vita ejus meritis deberi. Itaque oratione luce , ea hora qua prædictum erat , Præsul Astericus ad Pontificem venit , demandatumque sibi officium prudenter exequens , sanctique Duois res gestas ordine referens , a sede Apostolica Coronam petuit , ostendens dignum esse Ducem eo honore & dignitate , quippe qui divina fretus ope multos sibi populos subjugasset , multosque infideles sua potentia ad Christum convertisset. His auditis mire exhilaratus Pontifex , precibus illius libenter annuit , crucemque auream duplcem ante Regem , ceu Apostolatus insigne , gestandam adjunxit. Ego inquiens sum Apostolicus , at ille meritâ Christi Apostolus dici potest , cuius operâ tantum populum sibi Christus requisivit. Atque ea causa , quemadmodum divina gratia ipsum docebit , Ecclesiæ Dei unâ cum populo nostra vice ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis que postularat Antistes Astericus letus ad suos revertitur , illud secum ferens , cuius causa iter illudemens erat . Allatis ergo Apostolica benedictionis literis cum Corona & Cruce , Præsules cum Clero , Comites cum populo in laudes Dei prorumpunt , & Dea

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

§

*& Deo dilectus Stephanus Princeps, ungitur in Regem, diadema teque regio Strigoniæ A.C. 1000. feliciter coronatnr.*

Huic tamen *Chartitii* de hoc ipso Hung. Diademate prolatæ sententiaæ, in *Descriptione Vita S. Stephani Regis Hung.* sunt non pauci fide digni Historici, qui contrarium opponunt, inter quos haud postremus, meo quidem judicio, est *Petrus de Reva*, Scriptor sanè Rerum Hung. maxime sincerus, in *Tract. suo de Monarchia & S. Corona Regni Hung. Cent. VII. fol. 142.* statuens, illud ipsum Dia-dema à Constantino M. primo ex *Imperatoribus Rom. Christiano*, *Sylvestro I. Pont. Rom.* gestandum, ut nempe prodigio velut divino vocatus ad professionem Christi crucifixi, in lace ambulare incipiens, zelum Christianum externo aliquo Symbolo demonstraret, inter amplas ad Ecclesiam collationes, Constantinopoli Roinam fuisse transmissum, eo velut insigni concesso jam plena facultate licentiâ, autoritate docendæ doctrinæ Christianæ, sine persecutio-nis & tyrannidis metu. Verumenimverò *Sylvester* se indignum pie judicans, ut tam preciosâ ac artificiose elaboratâ coronâ verticem suum condecoraret, Mitrâ phrygiâ & candidâ tantummodo contentus, in gazophylacium eam reposuit, ex quo deinde A.C. mil-lezimo transiuntam *Sylvester II. Pontifex Rom. Stephano, primo Christiano Regi Hungariae, per Astericum* dono misit, in compensatio-nem & remunerationem susceptae ab ipso & propagatae Christianæ in Hungaria Fidei. At quo pacto inter tot secula ac discrimina inter Gazas & thesauros Pontificum Rom. latuisset, donec *Divo Stephano* conferretur id sanè non vulgare divinae providentiae testimonium est. Interea non dissimulanda hec fuerit axiomatis illius Politi ci veritas, quo nominibus & temporum periodis, fatalem quan-dam & ominosam coincidentiam fieri deprehensum est, siquidem veluti à *Constantino primo Imperatore Christiano*, *Sylvestro I. Pontifici Rom.* sacra corona muneric titulo obiigerat; ita eadem à *Sylvestro Pontifice ejus nominis secundo*, ad *Stephanum primum Christianæ religionis apud gentem Hungaricam Regem*, non minori sane zelo, quam dictus *Constantinus*, assertorem, divinâ ordinatione destinata, & in symbolum summæ in Regno dignitatis transmissa

est. Huic asserto patrocinare videtur validissimè , tūm Constantini M. effigies in ea corona delineata , tūm ejusdem insignia , crucis videlicet in cœlo ipsi aliquando obiectæ , atque quatuor literis J. H. S. V. h. e. in hoc signo vinces , repræsentatæ , eleganter sculpta & cælata , tūm aliorum Græcorum Imperatorum icones in corona illa expressæ , tūm non æque latinarum , quam græcarum literarum ductus conspicui , quos tamen illo Seculo Rom. Pontifices vel maximè aversabantur , ob schisma scilicet & divertitum Ecclesie Graecæ a Romana seu Latina factum . Ideoque Pontifex opus quidem hæc corona si suum fecisset , literis potius latiniis atque non inibus Romanis imaginibusque , quam græcis exornasset , utpote beneficium donumque potestati Romanæ & genti conforme illustrius exhibiturum . Sed e diverticulo ut in viam revertar : Stephanus cum tractu temporis animadvertisset , Scythicas gentes haut quaquam facile ritus patrios deposituras , quin & ex his ipsis , qui baptismate sacro jam abluti fuerant , multos pudore , nonnullos Regis gratiâ , perquam paucos suâ sponte , Christianam fidem accepisse , contra verò populum , perniciosa de falsis Diis opinione retentâ , universum iri perditum , æquo animo ferre haut poterat , sed potius secum constituerat , eundem aut ad salvificam reducere fidem , aut Regno simul & vita se caritatum . Idcirco dum aliquando severius in reluctantibus agendum esse censeret , siquidem quam plurimi sine vi ad resipiscientiam cogî non poterant , principes plerique cum ingenti multitudine in Eum conjurarunt , intestinumque bellum sunt moliti , primipilo Cupa Zirindi filio adhortante , ne Scythicam feritatem exuant , & populares suos ab instituta jam Religione deterreant . Hunc tandem Stephanus Vençelino suo Duce , ad Grani fluvii ripas , in ipso ortu repressit , corpore Cupæ in quatuor partes dissesto : Legiones in Daciam , sub Veredario Præfecto ablegavit , ut feros homines molliore consuetudine permulceret . Ibi resistentem Gyulam avunculum , Transylvaniæ Vayvodam devictum , conjectis in vincula , diciturisque affluentem ejus Provinciam A. C. 1002. Regno adjecit Hungariæ . Bulgaros quoque & Sclavos , Duce Chea , in Hungariam effusos ,

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

7

aci proelio ad *Fazigum* confinium superavit, inque Religionem Christianam demum perduxit. Eandem fortunam gens quoque Croatica & Syrmium civitas, experta est. Conradum etiam II. Imp. Rom. Hungariam invadentem à limitibus repulit. Tali successu Stephani Regis animus haut quam elatus; sed Deo pro tanto auxilio gratias humillimas, ardentissima in eum charitate succensus, quotidie humi prostratus illi ipsi supplicavit, ut sibi salutare aliquid consilium suggestum cœlesti ope perficeret, totamque Hungariam, antequam rebus humanis excedat, ad Christianam fidem revocatam videre liceret: cuius suæ intentionis finem assequturus exoptatum, multos viros *sanc̄tos* æque ac *eruditos* ex remotissimis provinciis in Pannoniam evocavit, multa monasteria erexit, in quibus capita Christianæ religionis, aliasque bonas literas proponi & Hungaros partim volentes, partim nolentes, vi ac metu, compulsos erudire jussit, eosque mandata sacræ legis & orthodoxæ fidei axiomata omnes scire coegit, prophanis dira supplicia indixit. De reliquo fundavit *Archiepiscopatum Strigonensem*, eamque Ecclesiam metropolitanam sedem constituit, eò quod natale illud solum naturæ lege unicè diligeret: mox *Colocensem Basilikam* erexit, ejusque Episcopum *Astericum* designavit. Deinde *Episcopatum Quinque-Ecclesiensem* invexit, eique *Maurum* præfecit. *S. Martino* Pannonio Hungariæ gentis Patrono, cœnobium, in monte Parononiacæ, prope Jaurinum situm, ubi ille, cum in Pannonia degeret, precari solitus erat, sub ejus nomine construxit, possessiones & redditus sufficientes ei tribuens. Deinde monasterium D. *Benedicti* ad radicem montis ferrei magnifico sumtu exædificavit. Ad Danubium etiam cœnobium aliquod fundavit, ac villam erexit, nomine insignitam *Tata*, quæ hodie in fortalitium contra Turcarum excursiones validissimum excrevit. Basilikam tum in urbe *Vesprinensi*, tum in *Alba Regali*, ubi Regum Hung. corpora conduntur, ibique ex instituto creati Reges, diadema suscipiunt, magnifico sumptu, mirabilique prorsus structura, ædificavit, quam peculiarem Regum. Ædem esse jussit, tanta immunitate & privilegio eandem donans, ut hujus Antistes nulli Episcopo, præterquam Pontifici Romano, imme-

immediatè subjiceretur. In veteri *Buda* etiam cœnobium, cum ædæ D. Petro Pauloque dicata, amplis redditibus donatum, extrueſe curavit. *Hierosolymis* spectabile monachorum cœnobium fundavit, qui ad sanctissimum Salvatoris nostri monumentum, sacra quotidie pro publica salute operarentur. *Rome* quoque S. Stephano Protomartyrii ædem dedicavit, cum collegio 12. sacerdotum, adjecto pariter ei hospitio, in quo Hungari, Petri Paulique Basilicam visitaturi, commodè & gratuitò excipi possent, utrique villas, uberrimosque proventus addixit, ne qua rerum inopiâ laborarent: *Constantinopoli* templum egregium (ut alias alibi etiam locorum quamplurimas ædes sacras & seminaria bonarum artium ab eo instituta jam non attingam) eximiâ liberalitate ac munificentia, fundavit, pluribus præterea pietatis & clementiae suæ monumentis quaquaversum reliquit. Hinc qualis in omnes, & potissimum in pauperes & calaniſtos fuerit, facile conjici potest. Multas noctes transegit insomnes, ut clandestinas miserabilibus eleemosynas erogaret, Christique fidèles suâ beneficentiâ, à miseria liberaret. Archiepiscopatus, Episcopatus, totamque Ecclesiam Christi subsidiis eam provehentibus, & amplificantibus tam liberaliter exornavit, ut nihil amplius superesse fuerit visum, quod eorum commodis inserviret, ita quidem, ut Deo & cultui divino non modo se, verùm etiam omnia sua bona addixisse potuerit videri. Quin & Ecclesiæ regio prorsus donativo, multis videlicet prædiis, oppidis, urbibus, portoriis, largissimisque aliis proventibus dotavit, quin etiam, ne quid Dei cultoribus deesse pateretur, de annuis eorum accessionibus piè prospexit, imò perpetuo Regio Edicto, Decimas omnium proventuum per totam Hungariam (quæ aliis in Regnis Cameræ Imperantium, & Dominis fundorum cedere solent) Clero & Ecclesiæ adjudicavit, id quod hodienum stricissimè observatur, & à Clero justissimè exigitur. Has Decimas Domini territorii quotannis à Clero summâ pecuniâ ab antiquis jam temporibus definitâ redimunt. Quamobrem omnes Nobiles Statusque tempore festi S. Georgii, in Clericorum Statuum, que Regni congregationibus ac sessionibus particularibus, hunc ob finem in singulis Comitatibus per totum Regnum Hung. institutis,

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

9

sive ipsi in persona , sive , per mandatorios comparere , atque decimas antiquitatus cuique fundo assignatas , Clero quam strictissimè exsolvere sunt obligati: Præter quas tamen decimas Clero redditas , ipsi etiam Nobiles in compensationem earum , à subditis suis nonam decimalium partem , exigentes , tanquam jure omni sibi debitas vindicant. Devictis igitur tot tantisque suis pariter ac Christianæ Religionis hostibus , propagata insuper longè latèque per Hungariam Fide Christianâ , & populo quoque suo , imò & Slavis Bulgarisque ab idololatrica ad cœlestis Numinis verum cultum perductis , humi quotidie prostratus , Deo & B. Virgini Mariæ ingentes gratias egit , quod eorum ope hostes & populum suum ad fidem Christianam revocare potuerit. Nec destituit assiduis D. Virginem Mariam precibus exorare , ut se suumque regnum perpetuō , ceu magna Cœli mater , patrocinio tueretur , cuius tutelæ ac potestati se , Hungarosque universos addixerat , omniaque subditorum suorum studia fortunasque dicaverat : hoc superaddito monito , ut omnes *Eam* misericordissimam Deam , plentissimamque *Patronam* in Cœlo Terrisque esse sibi persuadeant , quo præterea suo instinctu ductus , *D. Virginem Mariam* hæredem etiam totius scripsit Hungariae. A quo tempore , in huncusque diem , *B. Virgo Maria Patrona audit Hungarie* , magnaque religione ab Hungaris Rom. Catholicis colitur ; quinimo in numeris quamplurimis , tum aureis , tum argenteis , elogium istud eidem tributum conspicitur. Ingraveſcente tandem senectute , mororeque contracto animi , ob sceleratum uxoris secunde , *Gisale* etiam dictæ filie *Guilielmi* , *S. Sigismundi* fratribus , & è Burzundiæ Ducum stirpe oriundi , facinus , dum Vazulo , Patrueli Stephani Regis , oculos effodi curaverat , febre insuper correptus flagrantissimâ , dum nullam sibi amplius spem superesse vitam producendi animadverteret , Episcopos ac Proceres omnes Regni acciri jubet : ad quos impri- mis de Rege eligendo , deinde de Fide assumta Christiana conservanda verba fecit , quin & plentissima omnes admonitione instituit , ut senel jam apprehensam de Salvatore Jesu Christo doctrinam pertinacissimè retinerent , colerent justitiam , concordiam simul ac pacem amarent , mutuâ inter se charitate certarent , nihilque du-

B

cerent

cerent antiquius, quam in vera & sincera fide Christiana versari, eamque vitæ sanctitate armisque tueri, quinimò mortem statuerent potius oppetere, quam denuò relabi ad pristinum vanorum Numinum cultum. Interea dies instabat Augustæ Virginis, quo inter diuos eadem relata dicitur, atque hunc novissimum quoque vitæ diem sibi Stephanus exoptans, summâ cum contentione cœlesti Numen implorabat, ut eodem die moriens in cœlum relatus cœlesti gaudio frueretur. Compos tandem hujus sui voti, inter Cœtum Episcoporum, coronamque Procerum, sacris ritè peractis, A. C. 1034. ætatis 45. Regni verò sui 37. animam efflans, in cœlos migravit. Ob quæ facta revera Heroica, pietatisque singularis plena, sanctimoniam pariter vitæ, zelum in propaganda Fide Christiana, munificentiam in Ecclesiam ejusque ministros, post fata sua Sancti elogio est condecoratus, ut scilicet jam tum religione qui imbuisset terras, ipso quoque Sancti nomine ac titulo insignitus à populo suo honoraretur, eaque non solum de causa à Pontifice Rom. Gregorio VII. post elapsos 45. ab obitu ipsius annos in Catalogum Sanctorum canonizatorum jure meritoque relatus esse videtur; sed vel maxime eo etiam intuitu, quod corpus ejus Albæ Regali in Basilica, ab ipso condita & B. Virgini Mariae dicata, sepultum, multa miracula (quæ Bonfinius in Historia sua Hungarica Dec. II. lib. I. Hungaria serie recenset) ediderit. Quod reliquum est, non immerit S. Stephanum cœu primum Hungarorum in politica aequa ac sacra doctrina capitibus Doctorem, primum omnium & maximum Mæcenatem virorum eruditorum, atque devotissimum Sanctorum omnium cultorem, in Hungaria, omnibus Hungaris eruditis, hac in mea tenuissima opella recensis, anteponendum primoque loco commemorandum esse existimavi. Et quidem præter sanctimoniam illius levi penicillo his ipsis in paginis adumbratam, profectò Decreta etiam ejus, seu Leges, duobus libris comprehensæ, inque 55. capitula divisiæ, quæ nunc in Corpore Juris Hungarici primum & potissimum obtinent locum: quin ipsa universæ gentis Hungaricæ ad Fidem Christianam conversio, ac simul tot tantaque atrocità bella summa cum prudenter feliciter gesta & composita, satis superque testantur, non solum

Politi-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

II

*Politicum* Eum fuisse prudentem, sed & *Theologum* zelo pariter ac sanctitate ardenter. Quibus omnibus & singulis accuratiore animi lance ponderatis, primus partim *Rex Hungarorum Christianus*, partim *Apostolus & Legislator* est appellatus.

*Ex variis Rerum Hung. Scriptoribus, potissimum verò ex Bonfinii Historia Hungarica, & Baronii Annalibus Eccl. Ceterum peculiari libro Vitam & Res S. hujus Stephani, Regis Hung. præclarè gestas, uberrimè descripsit supra allegatus Chartuius Episcopus, quem Jac. Bongarsii Collectioni Scriptorum Rerum Hung. reperire licet insertum.*

## A.

*Abaris*, Seuthæ filius, Philosophus, ab Avaribus Hungorum sociis ducens originem, in Græciam sapientiæ cupiditate peregrinatus est, atque perpetuam idcirco laudem sibi comparavit. *Bonfinius Hist. Hung. Dec. I. lib. I. fol. 7.* Quo tempore viixerit, non convenit inter scriptores. Quidam eum circa III. Olympiadem in Græciam venisse tradunt, ut *Hippocratus apud Harporationem*. Alii Pythagoræ σύγχρονοι faciunt, ut *Famblichus in Vita Pythag. c. 19.* qui etiam testatur, αὐθούσιον dictum esse, quod per ætherem gradetur Apollinis sagittæ inequitans, Nonnulli ejus æratem ad 54. Olympiadem rejiciunt. *Edoardus Simsonius in Chron. Cath. duos Abarides fuisse existimat.*

*Scripsit Oracula teste Svida, quæ χερσοὶ Σκυθici appellata Scripta sunt. Hebrei fluvii nuptias. Lustrationes & Deorum origenes soluta oratione. Apollinis adventum ad Hyperboreos, versu. Sub hujus nomine extat etiam Epistola ad Phalaridem, quam tamen Luciani esse suspicatur Gyraldus de Poëtis. Confer. Herodotum in Melpom. Strabon. VII. Scholia sten Aristophanis. Pindarum. Ovid. 5. Metamorph. Virgil. 9. Æn. Vessum de Poët. Meursium in notis ad Apollonium Dyscolum p. 89. & seq. Bayle Dictionnaire Hist. & Critique fol. 1.*

B 2

Elo.

## SPECIMEN

*Elogium Abaridis haut vulgare legitur apud Photium in Biblioth. Cod. 243. col. 1135. ex Hieronii Sophistae Oratione in Uffscium Elogium.* Comitem gracis latinè ab Andr. Schotto redditis h. m. Abaris comis fuit in conveniendo, in rebus magnis tacitè peragendis industrius, in re præsenti videndi peracutus, in futura præcavenda circumspetus, sapientiæ cupidus, amicitiæ cultor; pauca committeas fortunæ, omnibus tamen ob prudentiam commissus.

*Abstemius Franciscus, Hungarus, de quo Martinus Brennerus in Epistola Dedicatoria ad Franciscum L. B. de Réva, Ant. Bonfinii Historiæ Hung. præfixa tale exhibet eruditionis elogium: Franciscus Abstemius Archidiaconus, Canonicusque Albæ regiæ (Viterbiæ) præter solidam, quam in se habet eruditionem, multis præclaris virtutibus instructus atque ornatus, mihiique amicitiæ vetustate conjunctissimus collegi Albensis, in quo agit, cuique ego, quæ habeo, omnia libenter me debere fateor, ad Serenissimum Ferdinandum Regem Vietnam venit. Qui cum pro amicitiæ jure me accessisset, salutassetque, de præsenti rerum Hungaricarum statu à me interrogatus, complura Albensium (qui post occupatam à Turcis Budam, etiamsi in tanta vicinia crudelissimum hostem quotidie ferè urbis portis insultantem viderent, in fide regia permanserant) fortia facta enarrare cœpit. Eos levibus in præliis ubique ferè superiores fuisse: crescenteque inde audacia, civitate egressos, ex Budæ suburbanis, Turcisque, qui secundum Danubium Budam ascendunt, prædas egisse, ex quibus multos cæsos, complures cinctos Albam pertractos fuisse. Hungaros sitis, inedia, astus, frigoris, laboris patientissimos, vita prodigos, in mortem & vulnera ruere: vix aliam gentem esse, quæ Turcarum furori aquæ posset resistere, sì eorum virtus multitudine hostium non obrueretur. Hæc qvum ille graviter ut solet, compositèque differeret, multumque amici hominis oratione afficerer, temporum inscitiam, hominumque ingratitudinem ipse detestari, quod vetera recentiaque Hungarorum acta, quæ ad excitandos in tanto periculo Principes Christianos*

haud

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

13

haud parum valerent, à nemine conscriberentur. Nec enim sermonibus hominum pro rei magnitudine ac dignitate ad gentes procul diffitas perferri: omitti multa, multaque interdum vana admisceri. Res gestæ, (inquit ille) nostrorum temporum: in tanto doctorum, quibus seculum istudabundat, proventu conscribuntur fortassis. Ceterum quæcunque ab Hungaris ab eo tempore, quo Tanai paludeque Mæotide emensa primum in Europam pervenere, gesta sunt, ea omnia ad Matthiæ Regis usque tempora, Antonius Bonfinius triginta Libris elegantissimè complexus est: cuius libri, inquit, copiam *Paulus Istvánfius*, *vir & literis & genere ornatus*, superioribus diebus, dum *Quinque Ecclesiis agerem*, mihi fecit &c.

*Abstemius* Paulus, sive rectius *juxta genium linguae Hungaricæ, Bornemiszæ*, quod nomen latinè redditum, idem est ac *Abstemius*, illudque ipsum hungaricum nomen genuinum ac proprium est, illustris pariter ac antiquissimæ lateque diffusæ in Hungaria Bornemizianæ profapiæ: Episcopus quandam fuit Transylvaniensis, atque Episcopatûs Nitriensis Administrator, omnis eruditioñis ac prudentiæ laude cumulatissimus. Tandem verò ob quamplurima sua merita excellentia, ad Locumtenentis Regii, h. e. Pro-Palatini Regni Hung. munus splendidissimum A. 1569. evectus est.

*A'cs Michael*, *Hungarus*, cognitione quæ Philosophicâ quæ Theologicâ haud exiguae sibi comparatâ, primùm in pago *Keményes-ala*, prope *Güntzium* inferioris Hungariæ oppidum sito, munere Pastoris Ecclesiæ Evangelicæ fideliter functus est, deinde verò *Jauri-num*, urbem adversus Turcarum insultus munitissinam vocatus, animarum curam, Dei adjuvante gratiâ, laudabiliter suscepit. Ut autem saluti non tantum Auditorum, sed & aliorum quorumvis popularium suorum magis magisque consuleret, præter alia ab ipso concinnata Scripta, Libellum etiam aliquem contexuit idiomate

## SPECIMEN

*Scriptum Hungarico, cum titulo: Boldog. Halálnak szekere h. e. Ars beatè moriendi, qui studio & curâ filii sui Michaelis, Argentoratensi in Academia A. 1700. bonis artibus litantis, à Typographo quodam ibidem in forma 12. excusus, dici non potest, quantum utilitatis omnibus ad beatam analysin christianè se præparare volentibus in Hungaria attulerit, hincque maximo is ipse habitus in pretio, Autori haut exiguum nominis famam conciliavit. Sanè ob singularem aliàs etiam pietatem suam, flagrantorem in Evangelicæ doctrinæ veritate asserrandâ zelum, atque præstantem eruditionem eximiâ suos inter concives & autoritate & gratiâ valuit, Allegatus verò ille Libellus superioribus annis fatum subiit prorsus admirandum, neque silentio penitus hic involvendum. Accidit nempe sub initium belli superiorum annorum Gallico-Bavarico-Cæfarei, ut Galli per Bavariam Austriamque in Hungariam usque armis suis, juxta intentionem quidem suam, viam parare affectantes, atque cum sic dictis Malecontentis societatem inire, vanè præsumentes, de animis eorum variis artibus & blanditiis, ceu familiare Gallis aiiàs etiam id esse solet, & proprium quasi ipsorum in quarto modo, illaqueandis, capiendis, & in partes suas pertrahendis, quam maximè solliciti fuerint. Huic igitur fini obtinendo, haud efficacius superesse medium putarunt, quam Libellum paulò ante commemoratum in Hungaria divulgare, interque incolas & milites illius distribuere: quapropter eundem suis sumtibus haud exigua in copia Argentinæ recudi & denuò imprimi curantes, in futuros futuro tempore usus affervarunt. Unde postea factum est, ut in prælio illo posteriorum memorâ dignissimo ad Höchstadium in Suevia prope Danubium A. 1704. acerrimè commissio, in cæforum plurium gregariorum æquè militum, ac nobiliorum Officialium Gallicorum saccis, peris, sarcinisque is repertus, primò quidem ob peregrinæ linguæ typos aliqualem peperit admirationem, deinceps verò ob rumorem finis per tale medium in Hungaria consequendi, longè latèque dispersum, militiosam Gallorum vafritiam manifestavit. Sanè mihi met ipsi A. 1705. Argentorati aliquamdiu commoranti à viro quopiam fide digno relatū, & deinceps etiam à Centurione quodam Gallico ex prælio illo in capti-*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

I<sup>5</sup>

captivitate *Reitlingæ*, Sueviæ urbe, detento, pluribus adductis circumstantiis expositum est, libellum eundem ea præcipue de causa, à quamplurimis in lilibus Gallicis fuisse assūptum, & in sarcinis suis reconditum, ut favitur sibi juxta propositum, in Hungaria fortunā, eodem in vulgus edito, tanquam illico aliquo inescati Hungari certiore de gallica opitulatione spei conciperent, atque sic non opinantes in nassam gallicam inciderent. Sed ut validissimo & prorsus insperato supremi Numinis auxilio intercedente, hæc aliaeque Gallorum subdolæ machinationes in fumum abeentes evanuerunt, ita ominosum potius hunc libellum iisdem quis dixerit fuisse, atque mortes tot millium Gallorum dicto in prælio appetitas, non tantum portendisse, fed etiam titulō libri edocētos, *artem moriendi*, non quidem sine ignominia ac vana spei delusione, exercuisse. Ad *Filium* autem hujus *Acsii cognominem Michaelēm*, studiis æque Philosophicis ac Theologicis, partim Vittebergæ per medium, partim Tübingeræ per integrum annum (ubi mihi quoque familiaritate ac amicitia ejus uti licuisse, dulci repeto memoria) & partim Argentorati, per reliquum tempus soli Theologiaræ sedulō incumbentem quod attinet, is Specimine Historico-Theologico de *Catechumenis Scriptum A. 1700.* sub Præsidio Jerem. Joach. Zentgravii S. Theol. D. & Prof. non sine Auditorum applausu, exhibito, in Patriam vocatus est ad Rectoratū Gymnasii Evangelici *Faurinensis* officium, quo laudabiliter aliquamdiu functus, Concionatoris deinceps *Castrensis* spartam in Militia Hungarica suscepit, in qua sanè exornanda uti nihil in se unquam passus est desiderari, ita ut ipsi ceu vereri meo committedonē Academicō suavissimo, ad majora imposteram, Dei auspicio, officia adeunda gradus sternatur, serium meum intimumque est votum.

*Almási* Johannes, *Hungarus*, Franekeræ in Hollandia Musis amoenioribus litans, eruditè adornatam Disp. Physicam de *Atomis*, sub præsidio Excellentiss. Professoris Philosophiæ Naturalis, *Scriptum Ruardi Andale 1708.* publicæ doctorum censuræ exposuit, in 4.  
Alvinc-

*Alvinczi Petrus, gente satus Hungara, ob insignes, quos in studio Theologico fecerat progressus, Ecclesiae Calvinianæ in urbe Hung. Cassoviensis Sacerdos, typis aliquot evulgavit Opuscula, in Hungaria impresa, contra Romano-Catholicos, quorum tamen tituloruim hac tempestate in Germania mihi commoranti, nondum facta est copia. Impugnavit tamen ex iis aliqua Petrus Pazmány S.R. E. Cardinalis, libello aliquo primùm edito suppresso suo nomine, *Quinque Epistolarum*, in quo ipso Veritas Fidei Catholicæ ab Alvinczo coram suis Tractatu aliquo oppugnatæ, asserta & defensa est. Præterea Responsio etiam ab ante commemorato Cardinali prodiit ad Librum quendam, ab eodem Alvinczo luci publicæ expositum A. 1609. Confer. vocem Pazmány.*

*Ambroſius Johannes, Ginsino Hungarus, ventilavit Diff. Scriptum. Historicam de Origine Gentis Regni Hungarici, moderante M. Joh. Schmidelio, Lipsiensi, Jenæ 1659. qua in Dissert. circa finem promisit se etiam editurum Disputationem de Regno Hungarico, style πολιτικοτέρῳ: cui tamen suo promisso ansatisficerit, expertum nondum habeo.*

*Andronicus Parthenius Tranquillus, Dalmata, Litteras docuit Lipsiæ, Petri Mosellani tempore, circa A. 1504. Extat ejus Oratio, in qua omnes Germania Principes ad Bellum Turcicis inferendum adhortatus est, impressa 3. philyr. Augustæ Vind. 1518. Vienne recusa 1541. Oratio de Laudibus Eloquentie. Scripsit etiam Carmina quedam haut inerudita variis Auctòribus apposita: teste Josia Simlero in Epitome Bibliothecæ Conr. Jesneri, fol. 670.*

*Paulus Jovius in Elogiis Virorum Lit. illustrium. fol. 224. tale de Elogium. Andronico fert Elogium: Sed ab assiduis Barbarorum incursionibus Dalmata exturbati vetere agro, ac in extremas patrii litoris margines compulsi, tanquam de retinenda libertate desperantes, armis litteras commutasse videri possunt; sic ut nemo dignus elogio, comparat,*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

17

reat, nisi in lucem suos producat *Tranquillus Andronicus præclarus Ciceronis emulator*, dum gravissimarum actionum ac Ottomannicæ legationis, obscurorumque nobis itinerum commentaria perscribit.

NB. Erat etiam alias ejusdem nominis & nationis *Tranquillus Andronicus*, cuius Bayleus in Dictionario suo Hist. & Critico fol. 274 mentionem facit. Siquidem uti tempore, ita etiam locis in quibus munere suo functi sunt, quam maximè differunt: *Prior* enim A. 1504. Lipsiæ docuit, & *Tranquilli Parthenii Andronici* nomina sustinuit; *Posterior* verò *Tranquillus* solum Andronicus dictus, rabie Turcicâ Constantinopoli 1453. ejectus, in Italianam concessit, posteaque Basileam se contulit, ubi Græcas literas juventuti studiosæ professus est; dehinc Lutetiam Parisiorum regnante Ludovico XI. delatus, Græca & ibi studia in Academia tradidit.

*Apáczai* Johannes, *Hungarus*, typis evulgavit *Ency. Scripta clopediam*, Ultrajecti 1653. in 12. Item *Catechesin secundum dogma Calvini consinnatam*, quibus ipse addictus fuerat. Amsterdami in 12.

# MICHAEL APAFI

## PRINCEPS TRANSYLVANIAE, PARTIUM REGNI HUNG. DOMINUS, SICULORUM COMES.

**V**Etustissimâ Hungarorum in Transylvania prosapiâ cretus, *Patre* Georgio Apafi, Consiliario Statûs intimo, Gabrieли, Principis Transylv. *Avo* Nicolao Apafi, Vice-Comite Comitatûs Kikellensis: *Abavo* Georgio Apafi, qui Ephorus, tandem Aulæ Præfectus fuerat Johannis Zapolii, Regis Hung. *Fratres ei fuerant tres, natu majores*: 1) *Georgius*, supremus Cubicularius C Geor-

Georgii I. Principis Transylvaniæ, illustris Rákócziorum sangvine orti, 2) *Stephanus*, Vice-Comes Szolnokiensis, 3) *Balthasar*, qui in captivitate apud Tartaros vitam amisit. *Patruelis* ipſi fuerat *Franciscus Apafi*, supremus Cubicularius Cabrielis Báthori, Principis Transyl. *Ex conjuge Anna*, Pauli Bornemisza, supremi Capitanei, in Georgii II. Rákóczi, Principis Transylv. aulico præsidio, filia, suscepit duos filios, *Michaelem* scilicet, qui post fata ei in Principatu succedit, & *Georgium*: unicamque filiam Evam. Post Georgii II. Rákóczii Principis Transylvaniæ ex hac vita emigrationem, *Michaeli* huic Apafi, præter omnem suam spem ac intentionem, singulari Dei providentiâ, Principatus obtigit Transylvaniæ. Cum enim A. 1661. *Johannes Keméni* dicti Georgii II. Rákóczii supremus belli Dux, à Statibus & Ordinibus Transylvaniæ eidem Principatui præfectus esset, Turcarum Imperator tam iniquo tulit animo, ut irarum plenus militiæ suæ Ducem *Ali-Bassá* ingenti cum exercitu mitteret in Transylvaniam, qui collatâ hac Principatus dignitate Keménium illum exueret: idcirco etiam Proceres Transylvaniæ in sua castra allegatos interrogavit, annon aliis quidam ex illustri quapiam Transylvaniæ prosapia Vir superesset, cui ob virtutis & fortitudinis laudem splendida Principatus Transylvaniæ dignitas conferri posset? Cui post longam tergiversationem responsio data est ista: iino, sibi de viro aliquo insigni ex nobili & antiqua prosapia oriundo constare, cui nomen sit *Michaelis Apafi*, qui ea de causa, quod non ita pridem ingenti pecunia summa ex captivitate liberatus Tartarica, multas perpersus fuerit calamitates, id beneficii consecutus est, ut castra militaria hoc tempore haut sequi, sed domi sua in arce Apafalu (Germ. *Eperesdorf*) quiete frui posset. Vix sententia ista prolata, sine ulla mora interposita, Ali-Bassá turmas aliquot militares unâ cum Proceribus quibusdam Hungaricis, ad arcem illam commemoratam ablegavit, cum mandato, ut dictus Apafi se præsentem sisteret, copiamque sui in castris faceret Turcicis, quo ipso quidem auditio mandato, actum jam de vita sua esse opinabatur, nihilominus tamen obedientiam sibi omnino præstandam esse animadvertisens, in iter

## HUNGARIÆ LITERATÆ

19

iter se dedit, cumque vix territorio suo egressus fuisset, aliquis ex ministris ipsum infecutus, nuntium attulit, de filio ex conjugé sua domi relicta *recens* nato, quo super auditō, ipse partim parens, partim etiam Turcæ, ceu omniſe futuro feliciter ab Apafio administrandi Principatus Transylvaniæ, insigniter letati, ac in ſpe ſua confirmati ſunt. In locum igitur ubi Ali-Baſſa caſtra metatus fuerat, Apafi de-latus, illicet tanquam Princeps Transylvaniæ jam inauguruſt, maxi-ma cum honoris confeſſione, atque magnificentiæ declaracione, in ſplendidum aliquod et pretiosè exornatum tentorium deductus, cuſtodiæ *Fanciarorum* concreditus eſt: quo factō universi Status Ordinesque Transylvaniæ A. 1661. annuente Turcarum Imperatore, homagium ei ceu novo & genuino Transylvaniæ Principi præstantes, fidem ſuam & obsequium addixerunt. Paulò poſt, nempe A. 1662. *Johannes Keméni* numeroſo cum exercitu, à ſibi addictis copiis inſigniter auſto, caſtra ad urbem Segeſvarinum collocavit, ea quidem in-tentione, ut Michaelem Apafium in ea ſubſiſtentem captivitatī man-ciparet, ſed à Turcis ſupervenientibus non tantum ab obſidione re-pulſus, ſed fuga quoque elapsus vulnereque fauciatus, equo excuſſus in terram præceps datus, miſerè conculcatus eſt. Atque tali modo Principalem ſuam dignitatē ad extreum uſque vitæ halitum reti-nens, ſaluti Transylvaniæ, maximo cum Statuum omnium applauſu, egregiè conſuluit, commodaque ejus laudabiliter promovit: unde ſine dubio factū eſt, ut filius ipsius *Michael*, iisdem Statibus à Patre in ſucceſſione Principatū Transylvaniæ commendatus folio Princi-pali ſolitis ceremoniis admoveretur, & ad preces ſuas militiæ Cæſa-reæ Praefecto *Heislero* factas interprete, Divi Leopoldi confenſus im-petraretur, ſicque in dignitate Principali dictus filius, conſirmaretur, Patre A. 1690. die 15. April. ex hac vita excedeſt. Ceterum Historici plerique præter ſumma rerum strenuè gellarum felicitatem & ex-cellentes animi dotes in Apafio obſervatas, magnopere ejusdem Iuſtitiae amore, doctrinæ ubertatem, miſericordiæ exercitium, pietatis culturam, & Calvinianæ fidei zelum deprædicant, quo autem tandem remiſſiore facto, non ſine omnium admiratione A. 1672. Calvinianâ ejurata, Rom. Catholicam amplexus eſt religio-nem: haud quaquam tamen oſorem aut perſecutorem Calvini af-ſecla-

seclarum ex eo tempore sese exhibuit , quin potius tūm in Hungaria , tūm in Transylvania , patrocinio suo eosdem fovere , atque contra adversarios defendere magnanimē perrexit. Plura quæ forte hec de Illustrissimi hujus Principis vita egregiè transacta , atque rebus quæ belli , quæ pacis tempore , in ea fortiter , domi &quæ ac foras gestis afferri debuissent , prolixitatis majoris evitandæ gratiā , omittere placuit , remissis interea plenioris cognitionis avidis Lectoribus ad *Johan. Bethlenii Epitomen Rerum in Transylvania gestarum : ad Anonym. Histoire d' Emeric Comte de Tökeli & ex his ad Bayle Dictionnaire Historiq', & Critique : plures que alias recentiores Rer. Hung. & Transylv. Scriptores.* Præterea si cui fortè volupe esset *Manifesti illius* , sub nomine Michaelis Apafi publicati , copiam habere , in quo Christiano orbi causæ illæ patescatæ sunt , ob quas Status Regni Hungarici , in octavo superioris seculi Decennio , arma contra legitimum suum Regem direrexint , atque Portâ Ottomannicâ in subsidium imploratâ , Tutelæ ejusdem se commiserint , *latino sermone expressum id ipsum in Joh. Crift. Lunigii Sylloge Publicorum Negotiorum : germanicâ autem lingua redditum , in F. L. von Franckenberg Europæ den Hirvold P. II. fol. 415. reperire potest.* De reliquo per totum vitæ suæ spatiū maximo favore tum literatos , tum literas artesque bonas prosequebatur , atque singulari prorsus amore in Theologos , theologicosque libros ferebatur , unde quoque factum est , ut Calvini dogmatibus adhuc addictus , quam commendatissimum sibi habuerit *Compendium Theologie D. M. F. Wendelini* , Theologi eo tempore Anhaltini excellentissimi , quo , tanquam Manuallī usus , peculiari deinceps instinctu *id ipsum ex latino in hungar Scriptum ricum idioma , quam nitidissimè & accuratissimè convertit* , atque in Transylvania maximo numero typis publicis impressum , plurimum ibidem , ac in Hungaria reliqua , incrementi , Calvinianæ attulit Ecclesiæ. Propter quæ sua insignia merita , Elogia ipsi à quamplurimis Autoribus admodum egregia attributa fuisse inveniuntur , quorum ex numero hæc duntaxat duplia ex Dedicatione Laur. Toppeltini de Orig. & Occas. Transylvania de promta , hec libet adducere: Qui

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

21

Qui certe (nempe *Michael Apafi*) doctissimus ipse, minime *Elogia*, feret libidinem ignavorum, in dedecus & summum opprobrium præstantissimi Ordinis, neque obliterari & dehonestari sordibus permitte Catalogum, in quem primus nomen dedit, nam ea- rundem rerum famas erit, quarum nos hodie premunt fastidia.

*Et paulo post ibidem:* Plus potuit Constantia & Benignitas Tua quam potentissima hostium arma; Gratia & Humanitas Tua plus composuit in dissentientium animis, quam ingens Antecessorum Principum vis & astutia; Ipse etiam sapiens, ideoque potens Turca dicit, non semper phlebotomiâ morbos motusque civiles lopiri. Pietate, clementia, lenitate, gratia, benignitate, raro exemplo Principum afferuisti &c. Quia paterno affectu etiam num foves & patriam amas, amaris maximè, ita ut ex illis Principibus multi TE dicant, qui tuto & sine periculo in cujusvis subditi gremio somnum capiunt.

\* *Michael II. haec tenus commemorati Apafi filius, natus 1676. excelsa indolis Juvenis, defuncto 1690. Patri suo successit in Principatu Transyl. volente & annuente Leopoldo Magno, glorioissima memoria Imp. Rom. & Rege Hung. propter minorenitatem tamen sive atatis ad regimen capacis, defectum, in ejusdem tutela potentissima permanxit. Studiis interea artibus & disciplinis iis imbutus est, que ad tantum Principatum feliciter administrandum requirebantur. Curatoribus injuper ex Statibus & Ordinibus Transylvania lateri ejus junctis: Georgio Bánfi, Moderatore Juventutis, Georgio Bethlen, Militum Duce, Nicolao Bethlen, Cancellario Principatûs: Stephano Apor, Thesaurario, Julavi & Kereftessi, Consiliariis intimis. Major deinde natu factus, coniugium coniuxit A. 1694. d. 15. Iulii. cum Catharina, filia Georgii Bethlen, Exercitûs Generalis. Ast cum Transylvania per instrumentum Pacis Carlovitziane A. 1699. inter Hungarum & Turcam erecto, Regi & Corona Hung. pristino suo legitimoque Domino tota quanta pleno Jure & Dominio à Turca restitueretur, aboli-*

## SPECIMEN

tâ Principatûs dignitate alia prorsus regiminis forma introductâ est , ita tamen ut modernus Michael Apafi , qui eusque Principis dignitate & domino in Transylvanianam usus fuerat , licentiam acciperet à Rege Hung. D. Leopoldo , ex mera gratia , nudo titulo Principis , absque ulla potestate & imperio , ad dies vita utendi , qua etiam de causa nullum regimen cum videoas in Transylvania exercere , sed tantum ceu electi Principis Transylvania filium , iis redditibus bonorum in Trausylvania & Hungaria possessorum , sine ullis regalibus gaudere , quæ ad illustrem privatæ vita conditionem necessariò requiruntur.

*Apáti Nicolaus , Calvinianus , Debrecini in Hungaria patre prognatus generoso , feliciter emensis in patrio Gymnasio studiorum humaniorum , philosophicorum & philologicorum curriculis , tandem altiorum studiorum causa Lugdunum Batav. se contulit , ubi per triennium & quot excurrit , maximo cum eorum successu ac incremento subsistens , varias literarum amoenitates omni in disciplinarum genere sibi acquisivit , sub auspiciis dexteris celeberrimorum illius Universitatis Professorum , quorum nomina & merita is ipse enarravit in Epistola Nuncupatoria , Vita Triumphantis civili præmissa , hoc verborum ambitu : Studium SS. Theologiæ & Divinæ Scripturæ , ex flagranti animi devotione , ad pedes meorum Gamalielum colui , quorum memoria esto in flagrantissima benedictione , quantum quidem Divina gratia sufficerat ; uti domi ad P. M. Cl. Dn. Georgii Mártonfalvi , Theologi sinceri , Viri pientissimi : Cl. Dn. Martini Szilágyi Viri solertissimi : Cl. Dn. Pauli Lisnyai , Viri dexterimi , Professoris potentissimi ; sub quo Chronologiæ Sacrae & Geographiæ , Controv. Theol. & Logices , ut publica ita privata comprehenduntur studia : ita Foris ad Reverendorum ac Celebb. Virorum ferculam , Viri Cl. Friderici Spanheimii , F. Viri facile ingeniosi : P. M. Cl. D. Christophori Vittichii , Viri solidissimi : Cl. D. Stephani le Moyne , Viri judiciofissimi : Cl. D. Jacobi Gaillardi , Hospitis*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

23

spitis mei , ut et Præceptoris Pub. & Priv. æternūm venerandi: Viri industrii , Cl. D. *Jacobi Triglandi* , Viri gnari & disertissim⁹, Studium inquam Theologicum colui , veneratus sum , cœlo locavi, etiam quater in ejus arena publicè me stiti : ad eandem recte secundam , inculcandam & propagandam , dum lieuit , & licet, me paravi , paro , Deo & mea Conscientia interne , externe verò adhuc dum hodie , Evergetis ac Præceptoribus Revv. ac Clarr. Viris D. *Ludovico Volzogio* Viro lectissimo , multijuga eruditione gravissimo Dn. *Gerbrando van Leeuwen* , Viro erugata ac renitenti fronte , Theologo, meis emolumentis intentissimo , testibus : Nec non , Viris Celebb. à prædictis officiis liberis, conversationis meæ Asy- lis , D. *Abrahamo van Poot* , M. D. expertissimo , ut Theologica- rum , ita Rerum Hungaricarum Scriptore probatissimo , viro can- didissimo : D. *Petro Poiret* , Metaphysico inaudito & subtilissimo . Viro sanctā charitate nobis devinctissimo : Rev. ac Cla. Viro D. *Elia Arnoldo* , hospite p. n. exoptatissimo , jucundissimo , Sene ve- nerando: Ut et , G. D. Nicolao Kis , Tó: falusi , incomparabili Phi- los. Magistro , Viro in Ecclesiam zelosissimo , amoris nostri Jona- thano , suis symbolis eodem aurigantibus. Præterea in *Juridi- cis* me exercui sub umbra Excell. Viri D. *Phil. Reinhardi Vitriarii*. In *Philosophicis* autem , sub Cl. D. *Burcheri de Volder* , Viri acutissimi. In *Linguis ut & Hist. & Antiqq. Rom.* sub Cl. D. *Jacob. Gro- novii* Viri prudentissimi.

In Salivam Eruditorum emisit N. Apáti opusculum de pretiosis A- Scripta. Ierononis Gemmis. Item Vitam triumphantem Civilem . sive univer- sam Vitæ Humane Peripheriam , ad mentem illustris Herois & Philosophi , D. Renati des Chartes , ex unico centro deductam. Amsterodami 1688. 8.

*Arator Stephanus*, genuino nomine *Szántó* dictus , quod Latinis idem est ac Arator , natione *Hungarus* , dioecesis Jaurinen- sis , admissus in Societatem Jesu Romæ , ex Collegio Germanico & Hungarico , in quo fuerat alumnus Pontificius , A. 1561. ætatis

20, &amp;

## SPECIMEN

20. & ibidem studia absolvit. Philosophiae curriculum docendo bis  
emersus est Græci in Styria, & Romæ quinquennio Pœnitentia-  
rii munere functus est ad Basilicam Vaticanam : Vir fuit omnibus  
disciplinis apprime instructus. Adhæc virtutum multarum usu in-  
signis, quibus & Societati decus addidit & fidem Catholicam, ubi-  
cunque versatus est, magnoperè dicendo, scribendoque promo-  
vit. Congressus frequentissimè cum Hæreticorum Principibus;  
semel 40. Prædicantibus vi disputationis os obstruxit, omnesque  
falsitatis coarguit. Iterum Varasdini 300. provocavit, & de iis  
in Synodo gloriösè triumphavit. Innumeratos ad Ecclesiam perdu-  
xit. Summâ libertate in Hæreticos, & in publica vita dicebat,  
eumque adversus improborum odia innocentia, & eruditio, quam  
vel hostes suspiciebant, tuebatur. Proceribus Hungarîs fuit ca-  
rus; quibus tamen ipse non condonabat, quin coram, vel per  
litteras redarguebat, si quid peccassent. Stephano Báthoreo Po-  
lonorum Regi, cuius famam, & in fide constantiam apud Pon-  
tificem & Cardinales, adversus calumniatores, egregiâ oratione  
defenderat, vsus est semper benevolentissimo. Sanguinis pro fi-  
de fundendi cupidissimus cùm semper fuisset, nec res tamen ex  
voto caderet, hâc se cogitatione solabatur, quando efflatus  
erit animam, quod exul saltem pro eâdem fide obiret Olomuci  
anno Salutis 1622. ætatis 70. religionis 50. in qua ante annos 20.  
quatuor vota nuncupaverat.

*Scripta.* Concinnavit Catechismum instar Romani, multis controver-  
siarum fidei Capitibus locupletatum. Item Testamentum Vetus ex col-  
lectione Hebraici, Graci, Latinique textûs, Hungaricè inter-  
pretatus est. Hæ tamen ipsius lucubrationes hactenus non vide-  
runt lucem. Ex Alegambe Biblioth. Soc. Jesu aucta à Nathanaele  
Sotvello. edit. Rom, 1676. fol. 42s.

*Arcózij* Benedictus, Transylvano-Hungarus Lector Gym-  
nasii Claudiopolitani, Unitarius acerrimus pertinacissimusque suo-  
rum dogmatum propugnator. Cujus Codex Mstus de Locis SS.

Litera-

*Literarum inter Trinitarios & Unitarios controversis à Christoph. Christ. Sandio in Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. m. 156. est commemoratus, qui quod haec tenus non fuerit excusus, inter bona hujus seculi est referendum, votisque omnibus expetendum, ut æternis tenebris mancipatus, nunquam lucem publicam adspiciat.*

**Armbruster** Samuel, generosis parentibus S. Georgii, in urbe Hungaria 2. milliar. Posonio diffito natus. Vir patrii juris, & juxta vernaculaum, linguae tum Latinæ, tum Germanicæ ac Bohemicæ probè gnarus. Præter virtutum aliarum studia pietatis quoque & vitæ purioris sectator fuit eximius, unde etiam libellum aliquem, primò quidem in suos duntaxat usus conscriptum, deinde verò, monitu quorundam Amicorum, in aliorum quoque incitamentum evulgatum edidit, hoc cum titulo:

*Bis-Senæ, piaque Agitationes, Mortis & Æternitatis. Ad Scriptum omnium hasce Agitationes industriae practicantium æternam Salutis promotionem. In usum & praxin propriam Samuelis Armbrusteri collectæ. Posonii, exprimente Gründero 1671. 12.*

Hic Libellus recusus est in Germania, cura M. Seinsheimeri, Pastoris Röttenbachensis in Territorio Norimbergensi, cum Præfatione ad Lectorem, Altdorfii, typis Jod. Gvih. Kohlesii 1703. 8.

NB. Celebre quoque in Republ. Literaria est nomen *Joh. Armbrusteri* P. Soc. Jesu, cuius operâ prodiit libellus cum tit. In libera Imperiali *Spira* spectatu dignissimum est Olivetum quod est opus rarâ ac veteri arte, ad Montis Olivarum, ubi Salvator noster captus est, speciem conformatum; ab *Joh. Armbrustero* metro heroico decantatum. Coloniæ Agrip. 1593. 8. Qui autor num propiore quodam sanguinis nexu ante dicto *Samueli Armbrusteri* sit conjunctus, ut quidem me latet, ita dubitare prorsus nolim, eundem non aliqua saltē affinitatis ex parte familiam hanc nobilissimam, utpote longè latèque in Hungaria diffusam, attingere.

Rabbi *Azarael אֶזְרָאֵל עֲנָד*, Rabbi *Azarael*  
*Avi Aazari*, in Agria Urbe Hungarie, scripsit aliquot *Laudes & Cantica* quolibet die canenda. Reperiuntur MSta in fine Libri Psalmorum in Pergameno in Bibliotheca Vaticana. Scriptus est hic Codex A. M. 1580. Christi 1420. *Vid. Bartolocci Bibliothec. Magn. Rabbim. P. IV. fol. 284. n. 1324.*

*B.*

*Bacoczi Thomas*, *Hungarus alto sanguine cretus*, Archiepiscopus quondam Strigoniensis S. R. E. Cardinalis natus, & Primas Regni, Vir ob eruditionis excellentioris, ingeniique cultioris dotes eximias, quaquaversum per Hungariam celebratissimus. Regnante Vladislao II. Rege Hung. Bajazeti Turcarum Imperatori, devictis & pulsis quibusdam Turciæ superstitionis perturbatoribus, ex Asia reverso, bellum intestinum, ambitione & truculentia Selimi filii minoris, repente exoriebatur, quantum minus provisum ante, tanto saevitiam ac sceleris atrocitate crudelius & terribilius. Gliscebat ergo parricidale bellum inter Turcas, quam Hungariam tutandi occasionem, cum Vladislaus Rex negligenter, *Thomas Bacoczius*, ut adversus communem Christianiæ nominis hostem, Christianos Principes summi Pontificis ope concitaret, prius convento Rege, deinde Profectione adornata, & rebus ad iter necessariis sumptuosè comparatis, Romam contendebat, ubi hilari fronte à Pontifice & Cardinalibus exceptus, ut voto potiretur, licet lentius quam necessitas flagitabat, admittebatur. Sed mortuo Pontifice *Julio*, Leo X. *antes* *Johannes Medicæus dictus*, Laurentii Medicæi, amplissimi & toto terrarum orbe clarissimi Viri filius, nondum 40. annos natus, Pontifex declarabatur, qui ob consumptos à *Julio* omnes ærarii & vectigalium fructus, nec exercitu nec præsenti pecunia juvare Hungariam poterat. Ne ergo nihil egisse videretur *Thomas Bacoczius*, sacra diplomata

plomata à Pontifice impetrabat, quibus eis, qui contra Turcas arma sumere & in eos movere vellent, universorum criminum venia promittebatur. His ergo impetratis, domum rediens Cardinalis, multis bellum tale disvadentibus, pluribus qui otio & avaritia corrupti, regnum prædæ loco habebant, utrisque quod dicunt pedibus, in ejus sententiam cunctibus, Diplomata Pontificum passim promulgabat, quibus auditis, conveniebant ad castra pluri mihi variæ fortis homines sub religionis prætextu. Dux tantum deerat, hunc fors aut fatum, aut casus aliquis Cardinali *Bacoccio* offerebat, *Georgium Dosam*, haut postremo loco inter Siculos in Transylvania natum; quem fatali suæ & inauspicatae militiæ, vexillo albo cum prægrandi cruce purpurea ad hoc præparato, donatum, altera verò cruce sed minore in paludamento assuta, notatum, præficiebat. Tum Georgius Tyrones congregatos, hortabatur, ut crucibus purpurei coloris ipsi quoque pectora munirent. Numerabantur hujus militiæ crucigeræ intra mensis spatum ultra 40. millia, unis in castris, nec pauciores variis in locis se congregasse nunciabantur, quippe Rustici non amplius servire Nobilibus volebant. Malum hoc cum coercere stuperent Nobiles, à Georgio petiti, variam experiri salutem cogebantur. Hinc post multos occisos, divisis copiis, omnia ferro, flammis, rapinisque vastabat, usque dum post varias clades, à Johanne, Vayvoda Transylvaniæ, post Rege Hung. victus captusque, ultimo suppicio afficeretur, & ejus complices variis suppliciis vitam cum morte commutare cogerentur. *Plura videſis apud Iſtvánium in Hift. Hung. Lib. V. per totum.*

*Baczóni* Matthæus, *Transylvano-Hungarus*, Franeke-ræ in studio studiorum academicorum impigrè decurrens, elegan-tem Marte proprio conscriptam Disp. Phys. de *Aqua*, sub Præſidio Excell. Dn. *Ruardi Andale Prof. Physicæ* Publ. 1708. examini Eruditorum subjecit.

*Bagnus Leonhardus, gente Dalmata, patriâ Pisinen-sis, ingressus Societatem Jesu 1610. ætatis 17. docuit Viennæ Philosophiam quadriennio: Rector fuit Collegii Fluminensis ad S. Vitum. Concinnavit & edidit suppresso suo nomine*

*Scriptum Manuale Sodalitatis Immaculatae conceptionis B. V. M. Vienne Austria in Cas. & Acad. Soc. Jesu Colleg. erecta & confirmata. Vienne 1630. in 16.*

*Baksai Abraham, Schemnicio-Hungarus, JCtus & His-toricus celebris, Secretarius quondam intimus, Illustrissimi Dn.*

*Scriptum Palatini Sziradiensis Poloniae Alberti à Lászkó. Contexit Chro-nologiam Ducum & Regum Hungariae, Cracovie 1567. 4. que anne-xa etiam reperitur Historia Hung. Antonii Bonfinit.*

*Baksai Bernhardus, Politicus & JCtus acutissimus, Con-filiarius quondam Statùs, Johannis, Regis Hung. intimus, qui tempore induciarum inter Regem prædictum Johannem & Ferdi-nandum III. Rom. Imp. Strigonii tractatibus pacis intererat, è par-tibus Johannis, unà cum Stanislao Albensis Antistite, Jus dicens controversias querelasque dirimebat, & pacem promovebat, te-ste Petro de Reva fol. 74. de Monarchia & S. Corona Regni Hung.*

*Scriptum Eruditum Commentarium ad Jus Tripartitum Hungaricum continuavit. 4.*

*Baláss Valentinus, Comes Hung. in Gyarmath & Ké-kö, dogmatum Calvinianæ fidei assecla, miles dum viveret, stre-nuus, & suavis Poëta, in hungarica æque ac latina Poësi. Joh.*

*Scriptum Rimmai in præfixis elogijs Cantionum Ecclesiasticarum hungarico metro à Valentino Baláss elaboratarum, ingenium ejus depræ-dicaturus, hungaricos Rhythmos attulit elegantissimos, quorum initiales ex hungarico latinè a me versi sensum obtinent istum, O*

*Valen-*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

29

*Valentine Balassiorum illustri & perantiqua Comitum oriunde pro-Elogium.  
sapiâ, luci publicæ nunc expono Hymnos tuos planè divinos, ut  
inde ingenii Tui excellentissimi acumen manifestetur insignissimum,  
pietasque devotissima, quod tamen nemo facile potest assequi, nisi qui  
ab ipso edocetus fuerit Apolline, & vel Siren sit, vel Circe, vel Amphion  
Hungaricus. Typis excusi sunt sacri isti Hymni in forma 16. Leut-  
schoviæ repetitis vicibus, quarum usus haut infrequens est, in Ec-  
clesiis Hung. tum Evangelicorum tum Calvinianorum.*

*Virtutes plurium Balassorum heroica, utpote Johannis, Mel-  
chioris, Emerici, & imprimis Francisci, qui Praefectus copiarum  
Isabellæ Reginæ Hung. multis strenue gestis inclaruit, atque in  
eadem militari dignitate, etiam post Regina obitum Maximiliano  
II. Imp. & Regi Hung. addictus, contra hostes ejus quoscunque  
Heroem se exhibuit fortissimum, longa serie depradicantur, in  
Floro Hungarico Job. Nadányi, per totum fere Lib. 4.*

*Balog Georgius, Hungarus, Augustanæ Confessioni ad-  
dictus, Exconrector Gymnasi Sempronensis, Cornelium Nepo-  
tem, & Epistolas Ciceronis ad Familiares in Hung. linguam a se  
eleganter versas, edidit Sempronii in 8.*

*Eruditi hujus Viri nomen in memoriam mihi revocat, per ve-  
tustas in Hung. Comit. Hontensi geminas Prosapias generosissimas,  
quarum altera Balogorum, altera verò Balogiorum nominibus  
conspicua est, quæ diversæ licet sint Familiae, tamen virtutum  
intuitu haut adeo sunt dispares, utpote quæ utræque tum fortitu-  
dine bellica, tum eruditione præclara, eminentes Viros publico  
patria bono complures ediderunt.*

*Barletius Marinus, Dalmata, Scodrensis Sacerdos Rom.  
Catholicus, ac postquam Scodra in manus Turcarum venit, Bri-  
xiensis Professor, qui & Marinus Becichemus nuncupatur, cla-  
ruit circa A. C. 1450. Hic XIII. libris eleganter descripsit Vitam*

D 3

ac ge-

**Scripta.** ac gesta Georgii Castrionti, Epirotarum Principis, qui ab Amurath ob præstantia facinora vocatus est Scanderbegus: eo significatur Alexander Dominus, h. e. Alexander Magnus, ut est apud Volaterranum lib. 8. Eos Libros, quos Argentorati Crato Mylius excudit, dicavit Don Ferdinando Castrionto, qui nepos erat Scanderbegi. Ad fidem pertinent illa in Præfatione: *A majoribus diligenter relata & à quibusdam etiam, qui interfuerunt, visa, memorie mandavi.* Obiit autem Scanderbegus A. 1466. 16. Kal. Febr. ut apud Barletium est in fine operis. *Idem Barletius etiam Libros III. reliquit de Expugnatione urbis Scodra, ut ipse ait, extremo libro XIII.*

**Censura.** *De hoc Scriptore hujusmodi est Jovii Judicium:* Ab hoc Dalmata, non insulæ Latino, Georgii Castrionti Scanderbegi admirabiles res bello gestas, quamquam inusitatæ excessibus perscriptas, legimus. Æquavit enim hic Vir, amore patriæ & barbarorum odio, à fide procul abductus, Epirotæ reguli virtutem antiquis heroibus, ita ut justam egregie factorum gloriam, dum supra æqvum in laudes prorumpit, suspicione mendacii elevasse censeatur.

NB. Gerhard. Job. Vossius p. 574. de *Historicis Latinis*: Video hunc Scriptorem Jovio in Elogiis doctorum Virorum vocari *Marinum Becichemium Scodrensem*. Sed duos Marinos Scodrenses Barletium, & Becichemium confudit. Quorum *Becichemius Brixiensis* Professor fuit, Raphaelis Regii, Johannis Casparini, Georgii Vallæ, & aliorum ejus ævi æqualis. Ac literis mandavit, Panegyricum Leonhardo Lauretano, Princi Veneto, atque urbis ejus Senatui dictum: item centuriam epistolicarum quæstionum, castigationes in varios scriptores, & opuscula quædam Orationia, quæ omnia in Italia 1506. in lucem prodierunt, postea que in Germania magna ex parte fuerunt recusa. Vide de eo *Riccobonum Lib. I. de Gymnasio Patavino*, ubi refert, qui humaniores literas sint professi anno 1520. Sed fusius accuratiusque de eo tractavit in ejusdem argumenti opere Cl. Felix Osius.

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

31

*Bárfon* Georgius, gente *Hungarus*, Episcopus Varadiensis, Præpositus Szepusiensis S. Cæs. Regiæque Majestatis Leopoldi I. gloriofissimæ memoriae, Cameralis Consiliarius. Ad Congregationem sive Sedem Nobilium Hung. in Comitatu Nitriensi celebratam, unâ cum fratre suo *Johanne*, Protonotario Regni Hung. (quæ dignitas Jurisperitorum in Hungaria summa est, & quatuor solummodo per totum Regnum constituti sunt, ad quos tanquam ad Præsidem secundæ instantiæ, partes litigantes provocare solent) se conferens, ob turbas atque tumultus templorum Evangelicorum causâ excitatas, in pago *Miava* à rusticis fratrem globulo trajectum, non sine ingenti animi moerore Anno 1673. occisum videre coactus est. Libellum edidit teſto quidem suo nomine, initialibus tamen literis indicato, cuius titulus:

*Veritas toti mundo declarata; Argumento triplici ostendens, Scriptum S. Cæs. Regiæque Majestatem non obligari tolerare in Hungaria sectas Lutheranam & Calvinianam, quam Catholice Religionis zelo concinnavit G. B. E. V. P. S. S. C. R. M. C. C.*

Primo Cassoviae 1671. deinde Vienne 1672. excusa, typis Matthei Cosmerovi in 12.

Per literas illas majusculas, punctis intersectis distinctas, voces hæ integræ sunt intelligendæ: *Georgius Bárfon*, Episc. Varadiensis, Præpositus Szepusiensis, Sacræ Cæs. Regiæque Majest. Cameralis Consiliarius.

Hoc opusculum in Germ. etiam idioma est translatum à Pseudonymo quodam *Jobo Krestianszki*, in quo per columnas mutuo sibi correspondentes, una facies textum Episcopi; altera vero Jobi Krestianszki confutationem exhibentem cernere licet, titulo præfixo sequenti. *Entlarste Wahrheit / das ist / flazrer und gründlicher Beweis / oder drenſche Probe / wo- durch erhellet / daß Ihr Kaiserliche und Königliche Ma- jestät nicht verbunden sey / im Königreich Hungarn beyn- de Religionen Lutherisch und Eu'vinisch / oder Protest- rende / zu erdulden. G. B. E. V. P. S. S. C. R. M. C. C. Er- stens*

## SPECIMEN

stens gedruckt zu Caſchau 1671. nachmahlſ 1672. zu Wien aufgelegt von Math. Cosmerovio : alijeho aber in das Teutſche treulich überſetzen. 1683. in 4.

Ausführliche Antwort auf die verlarfte Wahrheit / entgegen gesetzt dem obscuren und Bodenloſen Beweis oder denen falschen dreyfachen Proben / woraus erhellen soll / daß Ihr Käyserliche und Königliche Meijestät nicht verbunden gewesen ſen / die beiden Religionen Lutherisch und Calvinisch im Königreich Ungarn zu dulden / von einem weiland geweſten Präposito Capituli Szepusiensis, Mähmens Georg Barſon &c. Von deſzen unordentlichen Leben und Wandel / wie auch von seinen Thaten / bei den Deformations-Werck und gewaltſamer Begnehmigung der Evangelischen Kirchen / ein mehrers könnte aus Grund und Wahrheit angeführt werden : weil er aber nunmehr geſtorben / quiescat ipſe. Zu Rettung der Wahrheit nothwendig bengedruckt / und una quasi fidelia , unter einer Mühe hierzu geſetzt und herausgegeben von Job. Krestianszki aus Freyberg. Gedruckt eben in demſelben Jahr 1683. als die verlarfte Wahrheit widerumb an das Licht gekommen / in 4. Quantas turbas, quantasque afflictiones iſte Episcopus cum hoc ſuo libello Evangelicis & Calvinianis in Hungaria excita- verit, non niſi Historiæ Superioris Seculi ignarum, latere potest, quippe cujus pleraque Systemata nos de illis abunde edocent, vel maximè etiam illa Responſio Pseudonymi demonſtrat, quæ ſub titulo proxime allato proſtat. Conferri etiam meretur Frid. Leutholffs von Franckenberg Europæiſchen Heroldis P. II. fol. 409.

## STEPHANUS BATHORI REX POLONIAE &c.

**G**ente Hungarus, ex iſtudriſſima & perantiqua illa Comitum familia, è qua quam plurimi Regni Hung. Proceres & He- roes

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

33

roës fortissimi, Transylvaniæ etiam Principes originem traxerunt, prognatus est, A. 1533. die DD. Cosinæ & Damiani, Patre Stephano, *Regni Hung. Palatino*, sub Ludovico II. Rege Hung. Matre Anna Thelegdi: *Avo pariter Stephano*, qui A. 1444. in funesta ad Varnam pugna, una cum Rege suo, perierat. In *Pueritia* bonarum literarum studia domestica Pædagogorum manuductione diligenter excoluit, *Adolescentiam* in Aula Ferdinandi I. Imperatoris ejusdemque Hungariæ Regis; *Maturiorem etatem in bellis Hungariæ civilibus transfigit*, in quibus candentes globos, novum incendiorum genus, aliis omnibus incendiis excitandis præsentius, primus invenit instituitque. A Johanne Sigismundo, Principe Transylvaniæ, prinò ad Ferdinandum, & Maximilianum II. Imperatores, iterumque ad Maximilianum solum Legatus missus, in secunda Legatione, ob turbatas eo absente conditiones pacis, captus, ultraque biennium in custodia detentus, *totum id tempus optimarum artium studiis, antiquorumque omnis generis Autorum lectionibus transmisit*. Post mortem Johannis Sigismundi Principis Transylvaniæ, Johannis Zapolyæ, Regis Hungariæ filii, *Cäppari Bekeſio*, quem Johannes quidem Sigismundus successorem sibi destinarat, sed ob fastum atque arrogatiā, quam vivente Principe nimiam & formidolosam induerat, & ob innovatos Arrii errores, odiaque quibus maxima nobilium & plebis pars eum prosequebatur, Stephanus Báthori, formæ ac staturæ dignitate, rebusque domi & foris præclarè gestis facile anteferendus, popularium studiis prælatus, die 27. Maj. Anni 1571. publicis omnium suffragiis, magna cum populi acclamatione Princeps salutatus, & mox ab utroque Imperatore, Romano scilicet & Turcarum confirmatus, à Maximiliano quidem II. ea conditio ne, ut se pactis nuperrime initis accommodaret, quibus antea erat conventum, ut qui *Johanni Sigismundo* successorus esset, Fiduciarii quidem (post *Ludovici enim II. Regis Hung. fatalem interitum*, *Transylvania se à corona Hung. penitus separabat*, & ad *Maximiliani usque tempora per se, proprio jure, absolutaque potestate regiminis stetit*) Vaivodæ titulo, sub Regis Hungariæ clien-

clientela esset, sed absoluta rerum omnium potestate fungeretur. Bekesium post hæc res novas tentantem, Stephanus Transylvaniā ejecit: iterumque copiis validissimis Transylvanianam invadentem, fudit fugavitque. Denique cum sapientiā virtute, & eratione, pietate item in Religionem & Rempublicam, aliisque pacis & belli artibus, sui temporis omnés penè Principes longè anteceleret, Regiminis sui initia feliciter ausplicari commodum putabat, si omnium primò, turbatæ Religionis euram fusciperet. Hoc intuitu omnes Arrianos ex aula sua aliorum abire jussit. Cum autem A. 1572. die 2. Maj inter illas revolutiones, Vir perpetuā memoriā dignus *Matthias Heblerus*, de Augustana Confessione egregiè meritus, Eccl. Evangelicarum Transylvaniæ Superintendens zelosissimus, in colestem patriam migrasset, atque Ecclesiæ Evang. turbatio, propter ritus quosdam denuò exorta fuisset, præfatus Princeps, per mandatarias literas, Synodum *Mediam*, cogebat, ubi per Legatum suum venerabilem M. *Dionysium Alefum*, ut juxta certos aliquot Articulos (quos numero 13. videsis in *Histor. Eccl. Transyl. Georgii Haneri p. 290.*) se conformarent, congregatis piè præcipiebat. Unicum tamen à multis Transylvaniæ Statibus maximè in hoc Principe exagitabatur, quod ejus permissione Patres Soc. Jesu Transylvanianam intraverant. Vix enim recepti erant, ubi in primis Regni Comitiis assidentibus Monachis, qui adhuc diversis in locis latebant, suisque libertatibus gaudebant, Principem urgebant, ne Evangelicos tantò favore prosequeretur, sed eosdem cum Calvinianis exilio mulctaret. Licet ergo Princeps sisdem responderet: *Se Regem esse Populorum non Conscientiarum, triaque Deum sibi reservasse, 1) Creare aliquid ex nihilo, 2) Praenoste futura, 3) Conscientiis dominari, (cum qua responsione illa congruere videtur, quam Gvilielmo, Antifti Olomuccensi, Stephanus jam Rex Polonia existens, fertur dedisse: Religionem Christianam occidi non occidere: gravissimum scelus esse conscientiis dominari, id enim esse cœli arcem invadere)* turbas tamen Eos movere nunquam destituros, plurimi prævidebant, quibus inconstans Hungarorum, animusque Novitatis avidus perspicuus erat.

Patres

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

35

Patres Soc. Jesu piissimum hunc Principem 1574. porrò concitabant, ut proventus minimūm Ministrorum Evangelicorum circumcidet, additis variis consiliis, mediisque, quibus sub specie Juris, facili operâ, usui suo eosdem vindicare queat, sed quemadmodum ante hac ad suggestiones tales Jesuiticas, Princeps aures obstruxerat, ita nec hac vice, in alienam messem (*nam ipse quoque Catholicorum dogmatibus addictus fuerat*) falcem immittere volebat, quin potius prædictas Ecclesiæ Evangelicas ulteriori favore, validoque patrocinio, tuebatur & propagabat. Imò postquam Stephanus Báthori ad Sceptrum Poloniæ capessendum evocatus fuisset, Successorem sibi in Transylvania Christophorum fratrem designabat, convocatisque M. Luca Unglero Superintendente Generali Ecclesiarum Evangelicarum, Francisco Alesio, & Lazaro Fabricio, cum aliis coram Principe fratre, eos sacramento obstringebat, ne vel iatum ungvem à Confessione Augustana secedere præsumerent. Fratri verò injungebat, ut in hac professione fidei Ecclesiæ Evangelicas, ab omnibus impeditoribus defendereret. Non detrectabat novus Princeps Regis hortationes, imo ut benevolentiae suæ signum aliquod pateret, mox Diplomata Isabella Reginæ Hung. in quo omnia Saxonum Transyl. privilegia tam Decimalia, quam Jurisdictionalia confirmabantur, nomine suo subscripto muniebat, eorum violatoribus multam 200 florinorum decernebat, sacramentoque se obstringebat, quod se vivente nil mali Ecclesiæ prædictæ passuræ essent. Quemadmodum autem Dei Opt. Max. hominumque consensu & arbitrio, Hungaria semper fuit murus adversus Turcarum tyrannidem planè a-beneus; ita ipsa Hungaria & ipsi Hungari sunt Patroni & Dii tutelares totius Europæ, digni vel hoc unico nomine (*ut Oldenburgeri verbis, ex Thesauro Rerumpublicarum Partis IV. p. 479. excerptis utar,*) quorum Majestatem omnes populi comiter conservent: hanc incomparabilem Hungarorum virtutem Poloni minime ignorantes; post fugam Regis sui Henrici Vallefii, & secutam exaugurationem, omnibus ex nationibus Hungarum in Regem sibi deligidum esse prudentissimè censuerunt, omnibusque aliis

Candidatis prætulerunt, inque Regnum Polonicum ex Transylvania evocarunt Stephanum Báthori, cui Annam Sigismundi Augusti filiam A. 1576. Principem Poloniæ inauguratam matrimonio junxerunt, & anno subsequentे 1576. die 18. Aprilis, Regni insignia è manibus Karnkoviū Vladislaviensis Episcopi, Cracoviæ trahiderunt. Ejusdem Karnkovi studio etiam dubia de Religione Stephani opinio extincta est. Nam quod cum hominibus à Romana Ecclesia discordibus hactenus vixisset, taliumque potissimum operâ ad Regnum proiectus foret, dubitare quidam de Principis Religione cœperant; at verò submissus à Karnkoviō Demetrius Solkovius mentem illius penitus exploravit, additusque mox eidem Sacrorum arbiter, dubitantium scrupulos discussit. Non minus tamen dissidentibus quoque postea satisfactum, quando libertati Polonorum juramento Rex cavit. Is jam porrò de sceptri sine multorum dissensu impetrati securitate solicitus, discordes Regni cives in suas partes pertrahere nitebatur, Remque publicam ex turbatissima tranquillissimam reddidit. Præsidium ex Landkrona arce dejecit: Gedanenses in partibus Maximiliani obstinatus persistentes, primum proelio Delfaviensi, tum aliquot mensum obsidione ad officium reduxit. Comitiis inde Varsaviam inditīs, judicia à Nobilitate Interregnorum tempore sine certo ordine ac ratione usurpata firmavit, consilio ac prudentia certisque legibus circumscriptis. Iisdem comitiis bellum contra Johannem Basilii fratrem, Magnum Moscoviae Ducem, propter injurias Polonico Regno illatas, ab Ordinibus justè decretum suscepit, perque trienium militibus Hungarîs auxiliantibus ad negotium hoc dextrè confiendum usus, ita congesit, ut primo anno, Polotia, Sokolia, Sussa, Krasna, Usviata, Sitna, Jeseriscia, Kossiano, Ne scerda, totoque Ducatu Plotiensi; altero anno Lukis, Nevela, Zavolotia, Agroque Lucano universo hostem exueret; tertio Ostrovia primum capta, Plescoviam per iniquissimum anni tempus eo usque obsederat, dum ad pacem petendam cedendamque Livoniām universam, Ducatum Polotensem, ac Territorium Velisianum, hostem adigeret, quæque ille 30. fere annorum spatio.

tio maxima cum sanguinis & laboris impensâ vix pepererat, ipse triennali bello recuperaret. Omnium deinceps, cum externorum, tum domesticorum hostium, partim armis, partim clementiâ ac justitiâ viator evasit felicissimus. His tantisque facinoribus confectis, Regem ad novum bellum, magno non Poloniæ tantum, sed omnium vicinorum bono gerendum stimulabat Pontifex Rom. aliique Principes. Et hâc inter alias causâ impulsus, Comitia Rex die 13. Novemb. 1586. indixerat, in quibus sumptus belli quærere, & porro fratri sui filii, *Andrea*, paulò ante Cardinali creato, simulque alteri Balthasar Indigenatum Poloniæ impetrare cupiebat, ut scilicet hoc impetrato beneficio, ad majora deinceps iisdem consequenda aditus aperiretur. Sed ista agitans, irâ adversus Rigenses, Calendarium Gregorianum novum recipere nolentes, sic excanduit, ut in morbum prolapsus, prædicto anno ætatis 54. regni verò sui 10. præter omnium expectationem, Grodnæ, urbe Lithvaniæ primariâ, pace publicâ relictâ, improlis expirarit.

*Ex Floro Polonico Joachimi Pastorii, pluribusque aliis Historicis.*

Eruditionem atque prudentiam glorioſi hujus Regis, satis superque testantur Epistolæ ejus Statūs, manu propriâ ad Proceres Regni Pol. exterosque Principes exaratæ, quæ A. 1503. junctim Lipsiæ in forma gva typis impressæ prodierunt, sub hoc titulo: *Sigismundi Augusti Poloniarum Regis Epistola, Legationes & Responsa: Nec non Stephani Báthori Regis Poloniae Epistolarum Decas & Orationes ad Ordines Poloniae. Emuseo H. de Huyffen. Accesserunt Opuscula duo alia, ad Electionem Regis Sigismundi III. spectantia. Omnia recensuit Joh. Burchardus Menkenius, J. U. D. in Acad. Lips. Prof. Publ. & Societ. Regiae Anglic. Socius.* Scriptum

Stephanus Báthori Rex Poloniæ,  
*Bonifacii Vainocii verbis fuit:*

In templo plus quam Sacerdos: In Republica plus quam Rex: *Judicia.*

## SPECIMEN

In sententia dicenda plus quam Senator : In Judicio plus quam Jureconsultus : In Exercitu plus quam Imperator : In Acie plus quam miles : In adversis preferendis , injuriisque condonandis , plus quam Vir : In publica libertate tuenda plus quam Civis : In amicitia colenda plus quam Amicus : In convictu plus quam Familiaris : In venatione ferisque domandis plus quam Leo : In tota reliqua vita plus quam Philosophus. *Vid. Oldenburgeri Thesaurus Rerum-publ. P. IV. pag. 481.*

*Stephanus Báthori* , inquiente *Foachimo Pastorio* , in *Floro Polonicō Lib. IV. pag. 349.* Princeps fuit sapientia , justitia , fuga voluptatum , deliciarumque ; laboribus contra decoris , artibusque bellicis præclarus. Formidiniis inde hostibus , Principibus amicis admirationi erat. A suis comitate & facilī accessū amari meruerat : sed ob severitatem justitiae , & immotam animi morumque constantiam , magis suspiciebatur. Nonnullis etiam autoritate suā jam gravis esse libertati Poloniæ , certe , si provixisset , periculosis fore visus est.

\* \* \*

*Occasione producti hujus Báthorii , Poloniæ Regis gloriose memorie , digressiunculam aliquam de Familia Bathoreorum licuerit instituere : Nimirum per antiquam eam celebremque in Hungaria fuisse , ac ex Scythia originem suam traxisse , quam plurimi Hung. Rerum Scriptores tradiderunt , quippe que ex illustrioribus Scythicarum stirpibus sata , Duce Attila Hungariam occuparit. Antonius verò Bonfinius in *Natales Familia hujus inquirens Dec. I. Lib. 1. f. 5.* hac verborum textura est usus. Vetus Bathoreorum Familia apud Hungaros magni semper habita , quam à proprio plerique pago , & Bathia civitate dictam esse arbitrantur. Illistris autem hæc Comitum Familia in flore suo dividebatur (intercidit enim cum Gabriele A. 1613.) in duos ramos , nempe*

*Báthori de Báhor : & Báthori de Somlyó , ex qua , ceu ex equo illo Trojano , innumeri prodiere Heroës , in Dignitate pariter sagata , ac togata , exteris non minus ac Patriam officiis suis excellentissimis sibi obstringentes , & ad summas*

*mas non solum militia Ducum , Principumque dignitates ; sed ad Majestatis usque Regie , Polonica scilicet fastigium , & Palatinarum , seu Vice-Regum Hungariae , culmen assurgentis , quorum aliquot laude puta dignos Viros , & quos musa vetat mori , hic producere , non abs re fore existimavi .*

\* *Opos Báthor de Báthor* ; circa A. C. 1070. *preter aulicam prudentiam , militari quoque fortitudine , in bellis à Geysa I. Rege Hung. contra Salomonem coroná Hungaricā privatum , atque Henricum IV. Imperatorem Rom. gestis , decus nominis immortale promeruit , de quo Bonfinius Dec. II. Lib. IV. fol. 221. sequentia commemoravit : Opos Báthor equo insidens , tali ludo nequaquam delectatus , & vir spectatissima virtutis habitus , acrius oppidanos urget. Quin & per medios hostes cursum faciens ad portam usque pervenit , ibique spectante populo unum interfecit , complures vulneribus affecit , & dum inter confertissimos hostes acerrimè dimicat , eorum multis confossum jaculis amisiit , ipse tandem fortissimè resistens , ad suos incolumem se recepit. Alemanni spectatam equitis fortitudinem admirati , ad Imperatoremque reversi , illius audaciam ac vires predictant. At is Opum confessim acciri jubet , qui postquam in conspectum venit , mirificè laudatus , adauictum quoque stipendum , & non sine promissis ac premissis dimissus est. Mox ab Imperatore Salomon interrogatus , an multi milites pari robore corporis & animi apud Ladislauum & Geysam forent ? At ille magis Hungaricæ gentis , quam propria utilitatis charitate corruptus , multos consimiles ac longè meliores apud Geysam esse respondit. Quibus verbis consternatus Imperator , si tales inquit , hostes nactus es , mihi crede Salomen , nunquam regnum tuum recuperabis. Et fol. 208. ibidem : *His injuriis Hungarus accensus Salomonis & Geysa ductus auspiciisque , Bohemiam tam validus invasit , ut hostibus in aciem prodire non audentibus , universam ferè spolarit , vastaritque. In quo quidem bello Opos Báthor , Martini filius , praelarum factus præbitisse fertur. Nam cum Bohemo insana magnitudinis , qui**

## SPECIMEN

*qui gigantis instar erat, singulari certamine dimicavit, cumque mox prostratum humi, obtruncavit. Qua victoria potitus apud Hungaros ita claruit, ut sibi ac suis perpetuum nomen compa- raverit.*

\* Stephanus Báthori de Somlyó, Comes Regalis Curiae, seu Palatinus Regni Hung. (qua dignitas in Hungaria supra- prema est, Regiaque proxima in secularibus) sub Rege Vladislao I. Vir summa virtute, ac singulari fide præditus, cui regia quoque signa commissa fuerant, quando cum Rege suo in acie funestissima ad Varnam A. 1444. fataliter commissa interiisset, & inter conges- casorum hostium cadavera, repertus esset. Iste Báthori fuit pa- ter Stephani, Vaivoda Transylvaniae, integerrimi, sapientissimi, fortissimique Viri, qui regnante posthac Mathia I. terrore illo Tur- cico, multò felicius quam pater cum Turcis in Transylvania con- fluxit, ac una cum Paulo Kinisio collega, ut cumulatissimis Patris parentaret inferiis, triginta Turcarum millia interfecisse ab Hi- storicis traditur.

\* Nicolaus Báthori de Somlyó, cuius mentionem injicit Bonfinius Dec. I. Lib. I. Hist. sue Hung. fol. 5. hisce verbis: *Vacia à Vato Eremita in Danubii eremo degente, seu po- tius à Vatianis superioris Pannoniae populis, quos Ptolemaeus planè commemorat, nominata, suo Antistite Nicolao Báthoreo, Viro nobilissimo, Oratore summo, Italicis moribus & disciplinis ornato, nunc maximè (scil. cum Historiam suam Hungaricam scripsisset) gloriatur. Neque silentio prætereundum erit, eundem suis impen- sis, certè maximis, regnante Matthia I. Rege Hung. extrui cu- rasse fortalitium illud munitissimum, & adversus Turcarum in- sultus propugnaculum validissimum, Neogradi, b. e. Slavonica vo- cis origine attentâ, Novæ arcis sustinens appellationem, cuius rei historiam perhibet Petrus de Réva, de Monarchia & S. Corona Re- gni Hung. fol. 100.*

Emeri-

\* Emericus Báthori de Smolyó, regnante Matthia Corvino R. H. Questor regni & Dux exercitūs contra Bohemos, de quo Bonfinius Dec. III. Lib. 10. f. 529. ibique Emericum Questorem Regni Hung. cum magna potestate Matthias Rex reliquit. Nam in Superioribus Hung. partibus Emericum è paternis amicis hanc dubit primarium, spectatæ virtutis & sapientiae virum: In inferioribus vero Hung. partibus Michaelem Szilázyum, suum avunculum ritè prefeccerat. Quin & Emerico

\* Stephanum Báthori collegam addecerat, vetustissimo Hungarorum genere editum, veluti variis in locis, ex universa Historia nostra colligi potest, Virum profectò impigrum, ad gerenda tantum bella natum, ab initio etatis de se maxima queque pollicentem, quando à tyrcinii sui dicitur, tantam fortitudinem, prudentiam, severitatem, cum inaudita castitate conjunctam prætulit, ut ex eo tempore, quanti foret, augurare quisque facile potuisse. Stephanus Emerici frater natu minor, impatri quidem adhuc auctoritate, fortitudine tamen & probitate pari, ut cum fraterna laude certaret, in eo bello fuit &c. Posthac Transylvania Stephano cum imperio à Matthia Rege demandata, Varvodaque dignitas collata est, utpote qui Vir fuerat indomita fortitudinis, magnique consilii, authoritatis summa, spectatæ virtutis, sapientiaeque, cuius geminas Orationes Bonfinius exhibit elegantissimas; alteram Disvasoriam, habitam in Senatu Procerum Regni, ad Mattheum Regim, quā disvadebat bellum, quod Rex contra Fridericum IV. Imperatorem Rom. decernebat Dec. IV. L. 4. fol. 588. Horatioriam alteram ibid. f. 613. habiem ad Exercitum Regium, cum à provincia sibi demandata irruentem Tarcani sibi arcendum esse animo perpenderet, quo tandem in prælio feliciter adversus Alibecum prope Albam Julianum commisso, cum Collega suo Paulo Kinilio, Temesvari Prefecto Comiteque regionis, triginta millia Turcarum fudit. Plura hujus heroica facinora, contra Bohemos, Austriaeos, & demum Turcarum Imperatorem, stupenda prorsus legenda

## SPECIMEN

da exhibentur, per totam Decadem III. & IV. Mortuus est hic Báthori A. 1494. Iudex Curia Regia, anno quarto, post tristem M. Matthiae occasionem, fortissimi Hungariae Herculis, & sepultus in oppido Báthor, duobus ab Ecsed arce sua milliaribus, in claustrō, quod ipse ex lucro pecuniis, & exuviis Turcicis in campo Kényérmező feliciter & heroicē devictis, velut in signum cœlestis victoria, ac oblationem supremo Numini factam erexerat & adornaverat. Quod ipsum ubi tempestate quadam à Valachis demolitum, & omni ornato ad rudera prope humiliatum fuisse: Manes magnificos dignè venerata posteritas, monumentum ejusdem in templum, aliud recentius non longè ab illo, sumptibus Andreæ Báthori, ex fundamentis, raro præalta testudinis, moleque sua sine ullo fulcro consistentis artificio, nec non insigni sub selliorum calatura, edificatum transtulit. Magna huius Herois virtus versiculis hisce, marori incisis, ibidem celebratur:

Qui Curios vitâ vicit, probitate Catones,  
Æquavitque Numam religione Dei:  
Nam coluit verum prisca pietate Tonantem,  
Et nunquam domuit foeda libido virum.  
Hic capit Alpinos, Moldavos, protegit idein  
Sanguine Sylvanos, & tegit ipse suo.  
Egregio Stephanus sævos qui pectore Turcas  
Prostravit toties, hac requiescit humo.  
At vos ô Bathorūm gens, hunc lugete parentem,  
Nam Bathorūm cecidit firma columna Domūs.

\* Andreas Báthori unus ex primis Duumviris custodienda S. Corona Hung. ab Vladislao II. Rege Hung. primitus constitutis, officio huic suo maximâ cum laude, autoritate, ac prudentiâ prafuit: Nimirum inter ceteras leges Monarchia S. Corona, illa tempestate communi Procerum & populi consensu renovata est, de S. Corona Duumviratu continuanda sanctio. Cum enim haec tenus sapè unius fidei tantum & cura commissa esset, majusque periculum innimeret, si unius duntaxat fortuna ac prudentia tot nimirum exem-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

43

*exemplis ac periculis, uti Venceslai Bohemi, Othonis, ac Elisabetha temporibus, experientia comprobatis, tantus concederetur thesaurus, duos proceres constituerunt, quibus Rex Vladislaus Castrum Vissegrad, ab antiquo conservationi S. Corona destinatum, ad manus nempe fideles, & gravi Sacramento exacto, cum corona traxit, nec ulla questo colore, arte aut industria, Coronam penes se retineret, aut Regnicolis admireret. Illi fuerunt Stephanus Crispus Episcopus Sirmiensis, & Andreas iste Báthori, qui interiorem arcem Ecsed in nominis Báthoreorum memoriam A. C. 1492. erigi curavit, eā appositā ad Portæ frontem tabulā lapideā, cuius inscriptio ob verborum gravitatem, cùm praelato gentis Báthorianae, ad estimandam, & amandam virtutem incitamento, optimorumque quorumvis exemplo, digna visa fuit, quam in hanc charta faciem retulisset. Legitur autem sic:*

*Magnanimus Andreas de Báthor, pater patriæ suæ, construxit hoc castrum gentilibus suis, pro quietudine, & tutione eorum, cernens atque intelligens, quandoque paci intermiseri bella & discordias, qui rogit suos hæredes, ut nominis Bathorei non velint esse immemores: primum inter se sint concordes: Concordiā enim res parvæ crescent, discordiā verò maximæ dilabuntur. Deinde ne inventa perdant. Nam non minor est virtus quam querere, parta tueri. Postremò. Tolerate & Abstinete. Nam divertere à malo, & facere bonum, est fœlicitas hominis. A. C. 1492.*

\* Stephanus Báthori de Somlyó Regni Hung. Comes Palatinus & Jūdex Cumani, sub Rege Ludovico II. qui prælio luctuosè commisso cum Solymanno Imperatore in campo oppidi Mohács A. 1526. fugam arripiens, in palude periit, creatus Anno 1517. in Comitiis Pesthanis, quibus Rex ipse intererat, itemque Johannes de Zápolya, Comes Szepusiensis, Vaivoda Transylvaniam. Iste Stephanus paululum supra laudati Stephani Báthori, sub Regis Mathia I. invictissimi auspiciis, impigre & magna cum laude Transylvaniam gubernantis, atque à crudeli Turcarum immanitate ac pene totius Principatus eversione masculè defendantis,

## SPECIMEN

ex fratre Andrea, nepos fuerat. Prædictus igitur Johannes de Zapolya, cùm Gubernatorem Regni se fieri non posse (contrariorum suffragiorum intercessione, quæ factio[n]em ejus superabant) animadverteret, ad Palatinatum consequendum tacite contendebat. Sed cum tam Regis, quam Procerum utriusque Nationis vota, ambitioni potentiaeque sua adversari, pro comperto haberet (quorum maxima pars ad Stephanum Báthori inclinabat) nuncios secreto ad illum mutit, multa pollicendo, admonendoque promissorum, quæ armis agrestium in summum deductus periculum, ob sessusque sibi dedisset; nempe Magistratum nullum se inscio aut inconsulto petitum, aut oblatum accepturum: proinde ut memor eorum sibi aequo animo cedendum existimaret, hortabatur. Verum Báthorius, su[us] Thome Cardinalis Strigoniensis, & Bornemisse, qui disturbatis Vaivoda consiliis invigilabant, breviter respondit, se eam dignitatem, nec unquam ambivisse, neque si offeratur, repudiaturum, ne degeneri animo & ignavo, ei se imparem fateretur. Quo responso Vaivoda facile intellexit, alios quoque esse, quibus cum sibi de ambitione honorumque & dignitatum aviditate, simul & dominandi libidine haud mediocriter certandum foret. Igitur Báthorius, præterito Vaivodâ, Palatinus declaratur, uno Regis & Senatus Nobilitatisque consensu (exceptis Vaivoda addictis factiōni, qui repulsam agrè tolerabant) simulque in Comitiis Sacramento adigitur, ad Rem publicam secundūm leges recte fortiterque gerendam. Quam rem egerrimè ferens Vaivoda, bile tumidus ac indignabundus, exemplò cām suis domum discessit. Hac fuere cause discordiarum inter Vaivodam & Bathorium, ac maximarum eruminarum initia, quibus tandem effectum est, ut Regnum Hungariae, pace & concordia disturbata, miserabilem in modum quassatum ac dilaceratum, peneque eversum videretur. Paulò antequam pax stabiliretur Stephanus Báthorius Palatinus, in arce Devia (Deben) supra Posonium, ubi Danubius & Morava fluvii commiscentur, quam Ferdinandus I. Imp. & Rex Hung. ei inhabitandam dederat, senio & articularibus omnium membrorum doloribus confectus, fatigatus est, & Posonii in majori Divi Martini aede tumulatus 1535.

Eliis

## HUNGARIÆ LITERATÆ 45

*Filiis ex uxore Anna, illustri Thelegdiorum prosapia orta, tribus post se reliquis Stephano scilicet, posthac Rege Poloniæ, Christophoro Transyl. Principe, & Andrea S. R. E. Cardinale: unicâque filiâ nubili Clara, quæstiam cum ab Anna, Regina Hungar. maxima cum cura educaresur, jamque Carolo, Duci Münsterbergensi in Silesia desponsata esset, pari casu, non sine summo cum sponsi & Regine marore, patrem secuta est.*

Minimè verò heic prætereundum esse censeo, quod velut cum Rege Ludovico fataliter occidente, ipsa etiam occubuisse videri potuerit felicitas totius populi Hungarici; ita Bathorio quoque isto Palatino extinto, hæc Coronæ Hung. officialium suprema à Rege Palatinalis dignitas cœlaverit, atque *Locumtenentes* duntaxat *Palatinæ* ad annum usque 16c8 iisdem substituti fuerint, quo ipso nempe anno dignitate hac Palatinali à Mathia Imperatore, & Rege Hung. ejus nominis secundo, in pristinum reducta vigorem, eidem præfectus est *Stephanus Illyesházi*, qui antehac Magistri Curiæ Regiæ, supremique Comitis Liptoviensis & Trencsiniensis officium sustinuit.

\* *Andreas Báthori, Supremus Comes Comitatús Szemegiensis, Szakmariensis, & Szabolcsensis, Jūdex Curia Regiæ sub Regibus Ferdinando I. & Maximiliano II. Moritur A. 1566. 4. Octobris, & sepelitur in monasterio Thallensi, RR. Patrum Paulinorum supra Posonium.*

\* *Christophorus Báthori de Somlyó, Princeps Transylvaniæ, prioris Stephani, sub Rege Ludovico II. Palatini Hung. filius. Hic à Stephano fratre suo ad Regnum Poloniæ evocato, ad Principatum Transylvaniæ 1576. electus erat, cui quia Domus Austria non admodum favebat, ob fratrem Maximiliano II. in Poloniæ regno prelatum, Constantinopoli supprias querere è re sua esse duxit. Obiit Arianis è Principatu suo pulsis, A. 1581. podagra. Duas habuit in matrimonio uxores, alteram ex prestantissima Bocskaiorum prosapia, quæ ipsi Sigismundum peperit; al-*

*teram ex illustrissima Radiviliorum Poloniae Principum familia, nomine Christianam, ex qua unicum filium suscepit, præcoci morte abreptam.*

\* Stephanus Báthori, Comes, itemque *Judex Curia Regiae A. 1587. de quo hoc habet Istvánfius Libro 34. Historiæ suæ Hungaricæ: Restabat in partibus Cæsariorum Stephanus Báthorius, qui Judicatum Curia, uti appellant, primam post Palatinum, dignitatem obtinebat, in arce sua Ecsediâ, in insula lacûs cuiusdam, munitissimo loco sita. Sed etiam is præter omnium opinionem, sive assiduis bellorum incommodis fractus, sive Germanorum odio, & ulciscendis eorum injuriis, quas intolerabiles ab iis sibi illatas querebatur. seu Religionis Calviniana afferendo studio, cui erat addictissimus, ad Bocskaium deservit. Quanquam autem à Michaelo Bajo, familiari suo, ne à Cæsare deficeret, multis rationibus confirmaretur, cuius avum Ferdinandum, Stephanus Bathorius, ipsius Avunculus, qui tum Palatinus erat, ad capessendum Hungaria Regnum omni ope atque armis juvisset, neque fas esse eum à vestigiis & virtute Majorum levibus de causis exorbitare, identidem inculcaret; ipse tamen in sententia perficit, & sigillum, quo duplici, in jure dicundo, utebatur, per Michaelem Acreiterium, Germanicæ originis famulum suum, Bajo, ut ad Cæsarem perferendum curaret, misit. Is verò ne ab Haidonibus Austriam & Moraviam hostiliter infestantibus circumveniretur, Arcem Deveniam deferre non ausus ad Martinum Petejum, Faurinensem Episcopum, ac tunc Proregiam dignitate fungentem pertulit, à quo ad Matthiam Principem missum fuit. Sic vir ille, alias nobilissima ac antiquissima stirpis, paulò ante obitum, rebus novandis animum applicuit, ac quod sapè in ore habebat, honestum vite usque ad funera cursum servare non potuit, tantum in animis hominum. insatiabilis injuriarum ultio, ac vindictæ cupiditas potest. Nec multo post, nulla relictâ sobole, annum agens etatis ss. A. 1605. extinctus est.*

\* Si-

\* Sigismundus Báthori de Somlyó, *Christophori filius*, mortuo patre in Principatu Transylvaniam 1581. successit. His Austriacæ Domui reconciliatus Balthasarum Báthori Avunculum interfici curavit A. 1595. Stephanum verò & Andream agnatos reos Majestatis pronunciavit ob turbas in patria temere adversus se & Principalens suam dignitatem excitatas. In Matrimonio habuit Mariam Christianam, Caroli Græciensis Archiducis Austriæ, filiam, quam tamen brevi interjecto tempore repudiaavit. Vir fuit animi vacillantis chamaleonte mutabilior. Cessit Principatum agnato suo Andreæ Báthori S. R. E. Cardinali: mortuus est Prague in custodia à Rudolpho Imp. detentus 1613. die 20 Martii.

\* Andreas Báthori de Somlyó S. R. E. Cardinalis, à patruo suo Stephano, Rege Poloniæ 1583. charactere Legati splendissimo insignitus, Romam ad Gregorium XIII. Pontificem M. contendit, qui illustribus ejus virtutibus, ac egregiis animi dotibus accuratijs perspectis, primum ad Protonotarii Apostolici munus, deinde ad eminentissimam Cardinalis Diaconi dignitatem A 1584. ac deinceps in patriam reversus 1589. ad vacantem Varmiæ Cathedram Episcopalem eum provexit. Post aliquot autem annorum decursum, nempe 1599. Transylvania Principatus Sigismundus patruus ipsi resignatum obtulit, qua de Principatum resignatione ac obloratione Imperator Rudolphus certior factus, summum militia sua Ducem Georgium Bastam, suppetias ferente Michaeli, Valachiæ Principe, validis cum copiis in Transylvaniam misit, qui pratio ad Cibinium cum Báthoreo commissō, cum acie vicit, atque deinceps is ipse à Valachis in fuga comprehensus anno etatis 33 trucidatus, & caput ipsius amputatum disco impositum, ad Nuncium Apostolicum Germanicum Malaspinam, clanculum in ipsius internecionem conspirantem, transmissum est. Quo ipso facto perpetrato, Transylvania Principatus denuo Imperatoris potestati subjectus, sed vix annuo spatio elapso Sigismundus rursus à Statibus & Ordinibus Transylvania ad Principatum illum gubernandum vocatus & electus est.

Sed

*Sed manum de tabula, instituto quippe meo adversatur, Genealogias Magnatum Hungariae heic contexere ac uberioris *in-*dagare. Sufficient ergo pauci isti ex illustrissima hac Báthoreorum familia adducti Heroes immortales, innumeros alias seu supremos Comitatuum Hung. Comites, seu Praefectos militum, seu Antistites Ecclesiarum, datâ operâ præteriens, quibus, eorumque rebus gestis enarrandis vix quidem vastum aliquod volumen sufficeret, nedum exigua hæc chartarum congeries. Unicus tamen haec tenus jam enumerato adhuc superaddendus erit, & quidem ultimum illustrissimæ hujus ac antiquissimæ Familiae Ástrum, videlicet:*

*Gabriel Báthori de Báthor, in Principem Transylvanic A. 1608. electus, postquam Bocskai & Franciscus Rakóczí illum Principatum administrassent. Cum vero Gabriel Bethlen, iussu Turcarum Imperatoris, ingenti exercitu illum aggredieretur, exosus sibi antehac addictis subditis redditus, à duobus Nobilibus A. 1613. d. 28. Octobr. trucidatus est, cum extra arcem Varadiensem, recreandi animi causa carpento vectus esset. Atque sic ultimus iste sua Familie fatali hæc & ignobili vita clausula, inclita juxta ac antiquissimæ Hungarorum pro sapientia catastrophen imposuit.*

Pleiorum tum hujus ipsius vitæ, tum aliorum Majorum ejusdem res fortiter gestas, videsis apud Scriptores Hungar. & Transylv. rerum, infra in Bibliotheca recensitos: speciatim vero in Bonfinii & Istvanii Hist. Hung. Nadányi Floro Hung. Toppeltini Orig. atque Occas. Transyl. & Joh. Bethlenii Epitom. Rerum in Transylvania gestarum &c.

*Bayer Johannes, Eperiesini in Hungaria lucem hanc adspexit publicam, & propter tenuiores facultates, præstantioresque ingenii dotes à Senatu ejusdem Civitatis in numerum cooptatus alumnorum, cuius subsidiis etiam Vitebergæ circa A. 1650. studiis Philosophicis, Mathematicis ac Theologicis incumbens, eosque ea perduxit, ut Magistri obtento maxima cum laude titulo,*

lo , atque Ordinis Philosophici Adjuncti munere , tūm collegia Studioſis academicis aperiendo , tūm variis de argumentis publi- cē disputando ac præsidendo , egregium meruerit applausum , quarum *Disputationum* paucas aliquot duntaxat ad manus meas perlatas , heic libet producere : *De Gnoine Sciaterico , Respon- dente , Isaaco Zabanio , Transylvano , Vittebergæ 1658. in 4. Disp.* *An Angelorum Existentia è solo lumine Natura possit demonstrari ? ibid. 1658. in 4. Disp. De notitia Dei Naturali , ibid. 1659. in 4.* Præter has , *Summariam quoque Decisionem Controv. Metaphy- sicaliarum XII. Disputationibus publicis idem ille Vitebergæ exhibuit , è quibus hanc unicam videre mihi licuit , sub titulo : Disput. Me- taphysica Secunda : Summariam Decisionum Controversiarum de Entis ratione exhibens , quam sub ejus Præsidio publicæ Philosopho- rum lime , Vittebergæ submisit , Matthias Stürtzer , Neosoliensis Hung. 1658. in 4.* Quibus ipsis editis speciminiibus non tantūm insignem Patronorum favorem sibi comparavit , sed officia singu- lari etiam eorundem propensione , tūm Eperiesini in patria sua , tum Neofolii adeptus est amplissima. *Eperiesini* quidem Rectoris munere in Gymnasio celebratissimo , magno studentium emolu- mento , nominisque sui gloria perfunctus , hinc *Neofolium* ad sa- crum Ecclesiæ Evangelicæ officium obeundum , legitimâ præviâ vocatione , concessit ; inde tamen *Varallium* , Dei & Magistra- tūs dispositione ita ferente , delatus , animarum sibi commissarum curam summâ cum vigilantiæ atque conscientiæ laude suscepit , quam etiam ad ultimum usque vitæ suæ ibidem emissum halitum , diligenter ac intemeratè studuit conservare.

Alia quædam à jam antea recensitis eruditii hujus Viri bono *Judi-*  
publico in Lucem edita *Scripta* , una cum adjecto suo *Judicio, cium.*  
recenset *Joh. Francif. Buddeus in Introductione sua ad Historiam*  
*Philosophie Ebraeorum p. 256. hoc verborum ambitu :* Obscurum e-  
quidem in Orbe literato est *Johannis Bayeri* nomen , ast ingenio  
eum haud vulgari fuisse , *Scripta* ejus testantur. De ipso quidem  
*Autore* , quod dicam non habeo , nisi quod Lycei Eperiesinensis  
eum fuisse *Rectorem* , ex titulis librorum constet. 'Duo autem ex  
ejus *Scriptis* mihi innotuerunt , quorum unum ad *Physicam* , al-  
G terum

*Plura  
Scripta.*

terum ad *Logicam* spectat. Prioris hic est titulus: *Ostium vel Atrium Naturae ichnographicè delineatum i. e. Fundamenta interpretationis & administrationis generalia, ex mundo, mente & Scripturis jacta. Cassovia 1662.* Posterioris autem hic est titulus: *Filum Labyrinthis, vel Cynosura, seu Lux mentium universalis, cognoscendis, expendendis, & communicandis universis rebus accensa. ibid. 1663.* In utroque ab usitata ac trita via multum recedit. In *Cynosura* quidem sua, seu *Luce mentium, Verulamii maximè insiftit vestigiis*, *Logicamque doctrinam instruit*, ut non speculationibus inutilibus, sed rebus præclaris inveniendis inseriat. In *Ostio* autem, sive *Atrio Naturæ de Rerum naturalium principiis plane aliter philosophatur*, ac ea ætate philosophari solebant. *Tria enim, ad Philosophia Mosaica ductum, admittit principia, Materiam, Spiritum & Lucem, eaque in re plane cum Joh. Amoso Comenio consentit, qua de re deinceps plura dicemus.* Ab *Aristotelica* autem, sive *Scholastica Philosophia* plane abhorret. *Quid attinet, inquit in Præfat. Hominem Christianum, quid Philosophum Naturalem, nosse, que sit vera & genuina Aristotelis, de Forma & Materia, de Cælo, de Stellis, de Eternitate mundi, de Elementis, de Loco & Vacuo, opinio & sententia? Cuibono est Veritatis illius inquisitio? Norit an ignoret, curet an negligat Physicus eam, quid tum? Laudat vero deinceps Christianam Philosophiam, atque cum de hac inter Viros doctos disputatum sit, abundantanter à *Philosophis Christianis* recentioribus negotium hoc pacto decisum ait: *Quod si naturam & scripturam, missis Gentilium Commentariis, Notionibus & Opinionibus, immediate & pressè sequamur, pleraque ex Ethnicismo ad nos derivata dogmata physica, de Materia, de Forma, de Cælo, de Elementis, de Loco, de Motu, sunt vana, falsa, & inutilia, quod si tamen Gentilium libet adhuc insistere vestigiis magis, quam Naturæ & Scripturæ, usurpando Notiones, Axiomata, Opiniones Ethnicorum, Logicas, Physicas & Metaphysicas, posse de singulis disputari in infinitum, palmâ inter partes dissidentes manente semper dubiâ. Ex quibus simul, quodnam Autoris fuerit consilium, satis superque liquet.**

Bauf-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

51

*Bausnerus* Bartholomæus, *Saxo-Transylvanus*, Librum de consensu partium humani corporis A. 1656, composuit, teste *G. M. Königio in Bibliotheca Vet. & Nova.*

*Behamb* Joh. Ferdinand. *Posoniensis Hungarus* J. U. D. post studia humanitatis in patria egregie absoluta, in Academiam Argentoratensem se conferens, Juris potissimum studio operam suam addixit, cujus etiam peritiâ insigniore acquisitâ, id consecutus est, ut ex Evangelicis ad Pontificia castra transiens, Lincii, in superiori Austria, inclytorum ejusdem Statuum auspiciis, Juris Utriusque Professionem obtineret. Ejus sunt: *Sciographia Struviana Juris Præscripta*. vati. Lincii 1672. 8. *Institutiones Jurisprudentiae Publicæ & Universalis*, *Reipublicæ Rom. Germ.* ibid. 1673. *Tr. de Gestione pro Harede*. Ratisbona 1674. 8. *Notitia Hungarie Antiquo-Moderne Berneggeriana*, perpetuis Observationibus condecorata, nec non indice, tûm marginali, tûm reali illustrata, emendata. Argentorati. 1676. 8. *Röß-Taiischer Recht / seu de Jure Mangonum, sive eorum, qui Equos vendunt*. Lincii 1678. 8. *Argutia Juris Civilis Theoretica: maximam partem ad usum practicum directa, quibus natura Dominii exprimitur*. ibid. 1679. 12.

*Beitheus* Stephanus, Hungarus, floruit circa Annum 1582. cuius nomen inclaruit per *Carolum Clusium*, Atrebatem, inde fessum illum indagatorem riorum aliquot stirpium atque plantarum per Pannoniam, Austriam, & vicinas quasdam Provincias, quarum *Historia IV. Libris comprehensa*, prodiit Antverpiae, cum figuris 1583. in 8. una cum Nomenclatore stirpium Pannonicis, ibidem ex officina Christophori Plantini, anno subsequentे 1584. 8. in cuius Præfatione de hoc nostro Beitheo hæc commemorantur. *Consultius itaque virum est*, alias etiam stirpes quæ in Pannonia nascuntur, colligere, earumque vulgaria nomina perscrutari, ut vobis hac in re, quam maximè possem gratificari. Non defuerunt sanè, qui meum hunc laborem juvarent: sed omnium maximè doctissimus

G 2

Vir,

## SPECIMEN

*Vir, Dn. Stephanus Beith, Divini verbi Praeco, apud illustrem Heroem Dominum Balthasarum, Comitem Hung. de Botyán, in ipsius urbe Németh-Uivár, qui maximam horum Hungaricorum nominum partem, pro suo candore, me edocuit, dum aliquoties ad perquirendas variis locis plantas, similegredi sumus.*

Nomenclator autem ille pannonicus, siquidem tempore hoc nostro jam rarissimus est, operæ precium esse duxi, in gratiam Botanophilorum Hungariæ, eundem, nominibus hungaricis mendosè impressis, in melius reductis & germanica interpretatione à me illustratis, hec loci inserere, ut nempe tali ratione à totali interitu vindicaretur, & Botanicis hujus Seculi Hung. utut paucissimis saliva moveatur, quo illum Nomenclatorem auctiorem reddant, & majori cum cura plantas stirpesque in Hungaria nascentes, perscrutando describant, vel studeant minimum pluribus quoque plantis in isto Nomenclatore non contentis, nomina imponere *Hungarica*, ad exemplum aliarum cultiorum gentium, quarum curâ studium Botanicum hac ætate ingens accepit incrementum:

*Abies*, hungaricè *Lucsfenyöfa*, Accipitrina, Sophia Dodon : *Ká-  
melynek à levele egy felöl ál.*

*Germanis*, mas, sveiße thanne / foemina, rothe thanne. Acer latifolium, *Favorfa*, vulgò *Platanus*, ahornbaum.

*Abrotanum vulgare*, *Obruta*, se-prörúta, *Istenfája*, *stabswurz*/ *gertiwurz*. Acer miuus, duriore folio, *Ihárfa*, maasholder / milow und kreisbäume.

*Absinthium vulgare*, *üröm*, quæ etiam appellatione reliqua *Absynthii* genera plerumque donantur, *Wermuth*. Adianthi genus illud, *Ruta mura-  
ria* vulgò *nuncupatum*, *Köfali  
rúta* árvá léány hajal mauer rauthé / *Venus-haar* / item steinrauthe.

*Acacia*, *Kökörnifa*, *Aegyptischer schottendorn*. *Acanthum*, *Törviskes lapá* welsch beeren flauen / id quod branca ursina. *Agrimonia*, *Eupatorium Græcorum*, *Apro buitorján*, oder meng / leberwurz / bruchwurz.

*Acetosa*, *Sóska*, sauerampfer. Allium sativum, *Foghazyma*, knoblauch. Al-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

§ 3

Allium sylvestre , <i>Hagymáncs</i> ,	Armeniaca , sive præcoccia mala ,
wilder Knoblauch.	Tengeribaraszk , apricosen.
Alnus , <i>Egörfa</i> , harázifa , erlen- baum.	Armoracia , <i>Torma</i> , meer ret- tig / krän.
Alsine , <i>Tikhúr</i> . hütner darm / hüner salben.	Artemisia vulgaris , <i>Fekete üröm</i> , benfusß.
Althæa , <i>Fejér malva</i> , mazola , ibisch / eibisch.	Artemisia tenui folia , <i>Sepröfö</i> , weisser beyfusß / Johannis- gürtel.
Amaracus , <i>vadmajorána</i> , wil- der mehran.	Arum , <i>Nadrágulya</i> , pfaffen- bind / deutscher imber / zehr- wurz / fiebertwurz.
Amigdalus , <i>Mandolafa</i> , man- delbaum.	Asarum , <i>Kapotnak</i> , haselwurz.
Anagallis , <i>Tiktará</i> , tyúktará , vogelkraut / gauchheil.	Asclepias , <i>Fecskefü</i> , schwanz- wurz.
Anemone silvestre , <i>Kökörösénfe- jér virágú kikeletifü</i> , wilde a- uemonen rößlein.	Aspargus , <i>Sparga</i> , spargel / az- sparagen.
Anethum , <i>Kapor</i> , till.	Atriplex , <i>Laboda</i> , melde.
Anguria , Görögdneye , i. e. græ- cus melo , wasser : melonen.	Avena , <i>Zab</i> , haber.
Anisum , <i>Anis</i> , anis.	Avena sterilis , ægylops , <i>Héla</i> ; tauber haber.
Anonis , <i>Iglizce</i> , henhechel.	Bacheku , radix Indiæ , <i>Bagolygom- ba</i> , bachtres.
Aparine , <i>Ragadvány</i> , ab adhæ- rendo sic dicta , bettlerleise / Klebkraut.	Berberis , <i>üröm borbolya</i> , <i>Fai fós- ka</i> , weinzäpflein / weinne- gelein.
Arbor Judæ , <i>Lencsefa</i> , Judas- baum.	Beta , <i>Zöldczékla</i> , mangolt.
Aristolochia clematitis , sive lon- ga vulgaris , <i>Farkasalma</i> , lan- ge holzwurz / osteniucen.	Betonica , <i>Bacfü</i> , betonien / wil- de salben.
Armerius vulgaris , flore rubro , <i>Istenyila</i> , hyden-blümlein si. i. magel / carthenserblu- me.	Betula , <i>Nyirfa</i> , bürcken.
	Blattaria , <i>Penyizfü</i> , motten- kraut.
	Borago , <i>Dinye szagafü</i> , bora- gen / boreich.

## SPECIMEN

Brassica, Káphoszta, kappes- kraut / kohl.	Carthamus, Tótsáfrány, wilder safran.
Brassica capitata, Fejeskáphoszta, krauts-köpfse.	Caryophyllata, Vadszögfü, be- nedictenkraut.
Bronia, Földitök, stickwurz / teisfelskirschen/scheiswurz/ gaunrüben / rosrüben / schmerwurz.	Caryophyllus, flos, Szögfüvi- rága, nelcken / negelen.
Buphthalmum, sive chrysanthem- um, ökörszem, Römische chamille / gold-blume.	Castanea, Gésztenye, kastanien/ kesten.
Bursapastoris, Pájztor erszénye, táskaja, hirter, táschlein.	Cattaria, nepetæ genus, Matskafa kazenkraut.
Buxus, Buzbam, buchsbaum.	Centaurium minus, Kiscentau- rea, Ezerjofü, tausent gül- denkraut.
Calamintha, quam Mathiolus Cli- nopodium vocat, Vadmenta, Mezői menta, kalaminthen/ kazenkraut.	Cepa, Hagyma, zwibel.
Caltha, sive Calendula, Túzvirág, tötterblume / ringelblume.	Cerasus dulci fructu, Cserecsyefa. Kirschbaum.
Campanula angusti folia, flore ceruleo, sive Mathioli phytev- ma, Harangfű, Kékvirág. Eleine blaue glockenblume.	Cerasus nigro & acerbo fructu, quam Hungari latine vocant Merasum, Mégyfa. weixel- baum.
Canabis, Kender, hanf.	Cerasus avium, sive racemosa, Zelniczeza. elzenbaum.
Cardiaca, Szivfű, herzgespan.	Chamæ cerasus, Vadmegy, wil- der kirschbaum.
Carduus benedictus, Pápafüve, cardobenedikten.	Chelidonium majus, Cynadonia, Fecskefű, gros scheelkraut/ schwalbenkraut.
Carduus fullonum, Labrum Ve- neris, Bogácsvakaró, Takács- vakaró, weber dittel/karten diesel / weber karten.	Cherfolium vulgare, Olaszsa- lata. förbelkraut.
Carpinus, aliis Ostrya, Gyertyafa. steinbuchen.	Cicer, Bagolyborsó, Bagolcsaborsó, zízerbisen.
	Cichorium silvestre, hedipnois, Cikoria, wegwart.
	Cicuta, Bövrök, wüterich / särling. Ci-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

55

Cinamomum, <i>Fabej</i> , zimmet.	Cupressius, <i>Ciprösfa</i> , cypresen- baum.
Clematis altera, per sepes repens, <i>Fejérvenics</i> , Ungarische waldreben / eingrün / he- ßengrün / baumwinde.	Cuscuta vulgaris, <i>Görényfü</i> , filz- kraut / flachs-seide.
Colchicum, <i>Kökörcsén</i> , zeitlo- sen / herbstblumen / naßlich, te huren / hundshoden.	Cyanus, flos frumenti, <i>Kék vi- rág</i> , blau-kornbluhne.
Colutea, <i>Varjúköröm</i> , sennet- baum / Welscher senet- baum.	Cyclaminus, panis porcinus, <i>Disz- nörépa</i> , erdäpfel / säubrod / erdicheibe.
Consolida regalis, <i>Sarkasfü</i> , rit- ter-sporn.	Cynoglossum vulgare, <i>Atraczel</i> , Eb-nyelve, hundszunge.
Convolvulus major, <i>Nagyob fu- lak</i> , ut clematis altera, gro- ßer windich.	Cytisus, in genere <i>Zanoth</i> , Wel- scher klee / geisklee.
Convolvulus minor, <i>Kisebfulak</i> , Zulak, kleiner windich.	Digitalis, <i>Ujnifü</i> , <i>Gizofü</i> , finger- hut / wald-glöcklein / spitz- wund-kraut.
Cornus foemina, <i>Györöfa</i> , hart- riegel.	Ebulus, <i>Földibodza</i> , niederholz- der / attich.
Corylus, nux avellana, sive pon- tica, <i>Mogyorofa</i> , haseltau- de.	Echium, <i>Köz ökör nyelv</i> , svilde ochsen-zunge.
Coryli iulus, sive flos, <i>Mogyoró- barkocza</i> , haselnus-blühe.	Eleoselinum, <i>Apion</i> , wasserpe- terlein / eppichmarct.
Cortula, <i>Ebkapor</i> , krotten dill/ hunds-till.	Equisetum, <i>Tálmosófü</i> , roß- schwanz/kahnenwedel/kan- nenkraut.
Crassula, <i>Sulyfü</i> , knaben-kraut/ feiste heuße / wundkraut / bruchwurz.	Erica vulgaris, <i>Télizöld</i> . hende- kraut.
Crocus, <i>Sáfrány</i> , saffran.	Eryngium vulgare, <i>Isten átkosztás</i> tövisk, manstreu / brachen- distel.
Cucumis, <i>Ugorka</i> , gurcken / kimmerlinga.	Esula, <i>Ebtéje</i> , teuffels-milch / woßsmilch.
Crucubita, <i>Tök</i> , kürbis.	Euonymus, <i>Kecske rágofa</i> , spin- baum / huuenhodiein.
	Euphra-

Euphrasia , <i>Effrasia</i> , augen-trost.	Fungus argillaris inquinatus, <i>Sárgavarganya</i> , wilde pilze.
Faba , <i>Bab</i> , behne.	Fungus aureus , quem Germani <i>Rähserschwam</i> vocant , au-ro colore inficiens , <i>Urgomba</i> , <i>Királygomba</i> .
Fagus , <i>Bükfa</i> , buche.	Fungus barba caprina dictus , <i>Szárvasgomba</i> , ziegenbart.
Ficus , <i>Fügefa</i> , feigenbaum.	Fungus boletus viridis noxius , <i>Varganya</i> , frájhölz.
Filix , <i>Papraz</i> , färrenkraut / wildfarren / hurenwurz.	Fungus bufonius , <i>Bagolygomba</i> . frotten-schwam.
Flos tinctorius , alias genista tinctoria , <i>Festöfű</i> , avagy virág , ferber-blume / ferber pfrie-me.	Fungus cerasorum , <i>Cserecsnyefagombája</i> .
Foeniculum , <i>Kömény</i> , fenchel.	Fungus dactylites , quem Germ. <i>maurach</i> vocant , <i>Szömör-csök</i> .
Fœnum græcum , <i>Fenögrék</i> , fö-nungrák / hofshorn.	Fungus in fimo nascens , <i>Kigó-gomba</i> , mist-schwam.
Fraga , <i>Eperj</i> . Erdbeer.	Fungus magnus flammeus fraxini bileaceus , <i>Vörös hereng</i> , rother kräckling.
Frangula Mathioli , alnus nigra Dodonæi , <i>Büdösfä</i> . faulbaum / zapfholtz.	Fungus nuncupatus Crepitus lupinus , <i>Pöfing</i> , puben. weber-wolfs-fist / bosist.
Fraxinella , dictamnus , <i>Szárvasfű</i> . weißer gemeiner diptam / äschenswurz.	Fungus orbicularis albicans piperratus , <i>Galambicza</i> , fláubling.
Fraxinus , <i>Körösfä</i> . äschbaum.	Fungus orbicularis betul. albus maculatus , <i>Nyírfagombája</i> , birkfenschwam.
Frumentum , generaliter acceptum , <i>Gabonya</i> . getreide.	Fungus orbicularis ex atro rufescens noxius , <i>Boros gomba</i> , hohen-schwam.
Frumentum turicum , <i>Törökbü-zá</i> . Türkisch korn. item welsch korn.	
Fumus terræ , <i>Föld epéje</i> , tauben-körbel / erbrauch / wilde raute / taubenkropf.	
Fungus , <i>Gomba</i> , ein schwam.	
Fungus abietis ruber , inferne candicans , <i>Fenyöfa gombaja</i> , theilinge / grußelinge,	

## HUNGARIÆ LITERATÆ

57

- Fungus orbicularis scutatus tuberosus, *Kesérögomba*, rothe pfifferling.
- Fungus ramosus caprinus, *Kecské gomba*, Geisschwam.
- Fungus ruber rugatus, *vörös vargáncs*, rother fränckling.
- Fungus sylvestris albus, caule cæruleo, *Fejér varganya*.
- Fungus sylv. angularis, auricula flammea Malchi, *Petritz pōsterniš*.
- Fungus sylv. monstrosus *Bokros-gomba*, scheberling.
- Fungus sterquilinius albus, *Ganei-gomba*, weisser mistschwam.
- Fungus suillus, *Dísznögomba*, sáu pfifferling.
- Fungus tuberosus, *Csöpörke*, morchel / pfifferling.
- Galla, *Buga*, galäpfel.
- Gallium, *Tejfugorítófi*, Szent-Iványvirága, unser frauen hetstroh / wald oder weg stroh.
- Genista, *Föjtövirág*, pfrimen/ genester.
- Gentiana, vulgo Cruciata dicta, Szent-Lászlókirály füve: h. e. S. Ladislai herba, à Ladislao, Hung. Rege, qui Sancti agnomen adeptus est, propter Tartarorum ex Hungaria expulsionem. Eum autem ferunt pri-

mùm tota Hungaria à Tartaris pulsum, in Daciam sive Transylvaniam profugisse, in urbem Claudiopolim sive Colosvár, atque istic cum opulento & præditive quodam Ianiione amicitia & familiaritate contraetâ, ejusdem recens natum filiolum ex S. bap: ismatis fonte suscepisse. Illius ergo sub-sidio pecuniario adjutus Tartaros denuò aggressus, eis totam Hungariam rursus eripuit. In hac Tartarorum fuga, nimisos aureos ex præda collectos, cum Tartari in campo Aradiensi abjicerent, ut in sequentes Hungaros remorarentur, precibus à Deo contendit Rex, ut aurum in lapides converteret. Votum eventus sequtus est. Inde nonnulli factum putant, quod Aradiensis ille campus planis adhuc hodie lapillis abundet, qui aliquando aurei numi fuerint. Præterea universam Hungariam hujus Regis tempore, peste quoque gravissima afflictam fuisse prohibent, eundemque precibus à Deo obtinuisse, ut quamcumque stirpem sagittâ ab illo in altum emissâ decidendo feriret, utile ad hanc luem curandam

H

dam

## SPECIMEN

- dat remedium esset, eâ igitur  
in cruciatam decideate, plantam  
hancce deinde subditos à  
pestis contagio liberasse. Ger-  
manis nuncupatur enzian /  
creuth: oder bitter-wurz.  
*Geraneum vulgare*, *Varjúlab,*  
*Storchenschnabel.*
- Geraneum alterum*, *pes colum-  
binus vulgo dictus*, *Gólya kö-  
röm, rabenfus/schartenkraut.*
- Gladiolus*, *Xiphion, Mezeidar-  
dácska, schwertel / blaue  
schwertel.*
- Glans*, *Mák, eichel.*
- Glycyrrhiza*, édesgyökér, *lúsholz.*  
*Glycyrrhiza silvestris* *Gesneri*, sive  
Fœnum græcum silvestre, *Drá-  
gapénz levelo édesfű.* wild  
lúsholz mit rauhen lópf-  
lein.
- Gossipium*, *Xylon, Bombax,*  
*Gyapot, Pamuk, Fái gyapju,*  
*bauhüvöslé.*
- Gramen vulgare*, scil. *tóta*, herba,  
quā pecudes vescuntur, *Pásit,*  
*fű, gras.*
- Gramen quo officinæ utuntur,*  
*Pörje.*
- Gramen cyperoides*, *Sás, ciper-  
gras.*
- Hedera*, *Folyó borostyán, quoniā  
videlicet serpit, epheui/äppich.*
- Hedera terrestris vulgaris*, *Földön*
- folyó borostyán füve*, quasi  
dixeris, in terra serpens he-  
dera, gundelreben/ gunder-  
man erdepheli/donnerrebe-  
Helenium, örvény grökér, örvé-  
nyfű, alandwurzel.
- Helleborine* *Mathioli*, *Sárgakö-  
körcsén, frauenschul.*
- Helleborus albus*, *Fejér bánya,*  
*weiße nieswurz / weide-  
wurz.*
- Hordeum*, *árpa, gerste.*
- Hyacinthus comosus*, sive primus  
*Mathioli*, *Kizyó bagyma, bia-  
ciuthen/ mierzenblume.*
- Hyoscyamus*, *Belend, büsen vel  
schlaefkraut/ saubone/ziget-  
nerkraut.*
- Hypericum*, *Csengővirág, Jó-  
hauneskraut.*
- Hysopus vulgaris*, *Izop. tóopen.*
- Iberis*, *Temondodfű, wiesen kres.*
- Intybus silv. cæruleo flore*, *Na-  
pranczüfű, entivien.*
- Irio*, *Erysimum vulgare, Késérűfű,*  
*wegsenf / hederich.*
- Iris*, *Kék liliom, veislwurz /  
blaue Lilgen.*
- Iris aquatica*, *pseudoacorus, Sár-  
ga liliom, Wasserschwefel /  
gelbschwertel.*
- Juncus*, *Szithó, binze.*
- Juniperus*, *Törökkes fenyő, Apró-  
fenyő, wachholder stände /  
krummelbaum.* *Lactu-*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

59

<i>Lactuca capitata</i> , <i>Fejes saláta</i> , lettich.	<i>Lilium convallium</i> , <i>Szent György- virág</i> , meyenblümlein.
<i>Lactuca crispa</i> , <i>Fodor saláta</i> , krauser salat.	<i>Linum</i> , <i>Len</i> , lein / flax.
<i>Lapathum</i> , <i>Lorom</i> , wilder man- golt /ampferkraut / grinde- wurz / lendenkraut / stief- wurz.	<i>Linaria</i> , <i>Vad len</i> , leinfreut / schieskraut / wilder flax / hurenkraut.
<i>Lappa major</i> personatia, <i>Szélyes- lapú</i> , grossi klette.	<i>Lupulus</i> , <i>Komló</i> , hopfen.
<i>Lappa minor</i> , <i>Xanthium</i> , <i>Buitor- ján</i> , kleine klette.	<i>Lychnis silv</i> , <i>Vad szögfü</i> , nyúlfzők- fü, nagelblume.
<i>Larix</i> , <i>Vörösfenyő à kibül Ther- bintina léşzen</i> , lärchenbaum.	<i>Malvavulgaris</i> , <i>Közmalva</i> , ge- meine pappel.
<i>Lathyrus</i> , <i>Nagyobb ebtej</i> , spring- kraut.	<i>Malus</i> , <i>arbor poma ferens</i> , <i>Al- mafa</i> , apfelbaum.
<i>Lavendula major</i> , <i>Spikanard</i> . spikanarde.	<i>Malus armeniaca</i> <i>Tengeribaraszk- fa</i> , apricotbaum / mo- rellenbaum.
<i>Lavendula minore spica</i> , <i>Laven- dula</i> , lavendel.	<i>Malus aurantia</i> , <i>Naráncsfa</i> , po- meranzenbaum.
<i>Lens palustris</i> , <i>Békalencse</i> , frosch- lauch / meer oder wasser- linsen.	<i>Malus citri</i> , <i>Czitronfa</i> , citro- nenbaum.
<i>Levcoium luteum</i> , <i>Sárgaviola</i> , gelbe lilie.	<i>Malus cydonia</i> , <i>Büzös almafa</i> , <i>büsal'mafa</i> , küttchenbaum.
<i>Levisticum vulgare</i> , <i>Levistikon</i> , liebstikel.	<i>Malus persica</i> , <i>Barászkfa</i> , pfür- sichbaum.
<i>Ligustrum</i> , <i>Fagyalfa</i> , reinweide/ hartriegel / rein oder mund- holz.	<i>Malus punica</i> , <i>Granát almafa</i> , gronotápfelbaum.
<i>Liliaphodelus</i> , <i>luteo flore</i> , <i>Zöld- liliom</i> . gelbe lilie.	<i>Mandragora</i> , <i>Nadrágulya</i> , al- raun.
<i>Lilium album</i> , <i>Fejér liliom</i> , weiße lilien.	<i>Marubium album</i> , <i>Fejérpözerce</i> . weißer andorn.
	<i>Marubium aquaticum</i> , sive side- ritis prima Mathioli, <i>Vizi pö- zerce</i> , wasser andorn.
	<i>Matricaria</i> , <i>parthenium</i> , <i>alba</i> H 2 bene-

- benedicta, *Anyaméhfű*, mutterkraut / meydkraut / mettram / meter.
- Melanthium, nigella, *Fekete kénymű*. Römischer schwarzer Koriander / schwarzer Kimmel.
- Melisophyllum, citrago, melissa, *Mezzáncs*, binekraut / herzkraut / Frauenkraut / pfaffenkraut / türkische melisse.
- Melo, sive melo pepo, *Dinye*, pfebe.
- Melo pepo, duriore alba cute, *Bürhejüdinye*, quasi coreaceus melo.
- Melopepo dura & fusca cute, *Cserhejü dinye*.
- Melopepo, qui suprema parte velut coronâ insignitus est, *érvári dinye*, h. e. castri Oriensis melo.
- Melopepo hybernum carne viridi albaque cute, *Czapa*.
- Melopepo alias viridi carne, *Zöld Czapa*. Germani omnes has species unico solùm nomine insigniunt, quod est pfebe / melaunia / pluzer.
- Menthastrum, *Ló méntha*, h. e. equina mentha, quo nomine omne genus Menthastri vocatur, *Krauenmünze* / wilde Krausmünze.
- Mentha græca, vulgò costus hortensis, *Boldog Ászfázony mentája*. *frauenmünze* / *Marienmünze*.
- Mespilus, *Naszpulya*, *Miszpulya*, mespelbaum.
- Milium, *Kölös*. *Hirsch*.
- Millefolium, *Egérfark*, tausentblat / schafgarben / garbenkraut.
- Morus, *Szederyfa*, *maulbeerbaum*.
- Muscus, *Möh*. mos.
- Napus, *Karó répa*, steck rube.
- Narcissus, *Narcissus virág*, *Josephs-stab* / narcisse.
- Nardus celtica, *Bécsifű*, celtischer nardis.
- Nasturcium hybernium, *Szent Barborafüve*, winterkres / S. Barbenkraut.
- Nasturcium, sive Thlaspi parvum, Iberidi simile, *Bödösfü*, kleiner Brunnenkres.
- Nux juglans, *Dio*, welsche nus.
- Nux myristica, sive moschata, *Szerecsén dio*, quo nomine etiam nux major Indica appellatur, muscaten-nus.
- Nymphæa, *Vízitök*, seeblumen / wasserlilien.
- Ocymum, *Bosolicom*, *Basilien* / grünkraut.
- Ocymum cereale, *Heidina*, *Tártka*, *heyde*.
- Olea,

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

61

- Olea, *Olaifa*, olivenbaum.  
Onopordon, vide Acanthium,  
wegdiestel.
- Opulus, quorundam Sambucus  
aquatica, *Ostforményfa*, cuius  
fructus, *molnár cseresznye*, h.  
e. molitorum cerasa appellan-  
tur, schweller / schneeballen.
- Origanum sylvestre, *Fekete  
gyopar*, wohlgemüth.
- Orminum silv.vulgò gallitrichum  
& scarlea, *Szent-Jánosfüve*,  
scharlachkraut / wilde  
salben.
- Ornithogallum luteum, *Tyúktá-  
rá*, gelbe feld- oder acker-  
zwibbel.
- Orobanche, *Misségyertya* i. e.  
missalis candela, sonnenwur-  
zel.
- Oryza, *Rizskása*, reis.
- Oxalis, *Sóska*, acetosa, sauer-  
ampfer / sauersens.
- Oxiacantha, *Galaginyafa*, adlers-  
beerbaum.
- Pœonia, *Básirosa*, gichtrosen/  
königslumi / Peonienrose.
- Palma, *Palmafá*, dattelbaum/  
palmbaum.
- Pastinaca, sive staphilinos radice  
lutea, *Pasternak*, merkacz,  
olaszrépa, pasterak, welcher  
peter ein.
- Pentaphillum vulgare *Köz-ötle-*
- velöfű*, fünf finger kraut /  
fünff-blät.
- Pentaphillum minus, *Kiseb-ötle-*  
*velöfű*, fünf fingerkraut /  
dee kleinern Geschlechts.
- Persica malus, *Barászkfa*, pfer-  
sich baum.
- Persicaria, *Bolhafü*, *Keserüfű*,  
flöhkraut / muckenkraut /  
wasser-pfeffer.
- Pervinca, clematis daphnoides.  
Meténg, *singrün* / immer-  
grün.
- Phaseolus, *Törökborfö*, bone /  
fasohlen.
- Picea, *Kereftesfenyő*, h. e. cru-  
ciformis abies, vel cruciforme  
juniperi lignum, quoniam fo-  
lia & ramos in crucis quodam-  
modo formam disposita habe-  
at. *Fenjó* autem vocabulum,  
(quod propriè *Juniperum* sig-  
nificat) adaptant Hungari om-  
nibus fere arboribus perpetuā  
fronde virentibus ; quæ folia  
spinæ æmula habent, weiß  
fichtenbaum.
- Pilosella major, *Egerfül*, mauss-  
öhrlein.
- Pilosella minor albo flore, *Dra-  
gulob*, maus öhrlein des klei-  
nen geschlechts / von weißer  
blüthe.
- Pilosella minor purpureo flore,  
H 3 *holgy-*

## SPECIMEN

<i>holzymál</i> , germ. piloselle von purpur rother blühe.	Plantago angusti folia, lanceola, Hofzú útifű, spitzig wegerich.
<i>Pimpinella germanica</i> , <i>Saxifraga Chabairje</i> , i.e. Chabæemplastrum. Ferunt enim Chabam Regem Hung. Attilæ Regis Hung. filium, ex Honorii Cæsarialis filia minorem, post Parentis mortem, de successione in Regno cum fratribus Ellaco & Dincione contendentem, ab Ostrogothis, Ardarico Gepidarum Regi junctis, præcio commissio viætis ac trucidatis, solum ex eodem Chabam, cum 15000. viris, iis quidem omnibus aliqua in corporis parte fauciatis, incolumem evasisse ac superstitem remansisse, dæta autem illa herba vulneribus forte fortunâ imposta, medelam allatam fuisse, indeque emplastrum Chabæ deinceps appellationem suam accipisse. Germ. steinbockspesterlein.	Plantago aquatica, Viziúti fü, wasser wegerich.
<i>Pimpinella Italica</i> , sangvisorba, <i>Pimpinella</i> , bibernell/steinbocks peterlein / pimpinelia.	Polygonatum, Salomon pöcsétye, weißwurz.
<i>Pinaster</i> , vadfenyö, Közfenyö, füchten haarrzbaum.	Polygonum, ceatinodia, Forczogó pásit, weggrass / wegtrit / tanngras / büttfraut.
<i>Pisum</i> , Borsó, Erbsé.	Polypodium, Papgray, quemadmodum flix, steinwurz / en gelsüs.
<i>Plantago</i> , Utifü, wegerich.	Populus alba, Jegnyefa, weißer papelbaum / farbachsbäum.
	Populus libyca, Nyárfá, espen.
	Populus nigra, Fekete jegnye, Kiből lészen à populeum irje, schwartz pappelbaum.
	Porrum, Párházyma, lauch / aschlauch.
	Potentilla Fuchsii, Ludpásit, gettsérich / silberfraut.
	Primulaveris, Kása virág, tavaszí elsö virág, schließblume.
	Prunella, tüzfü, prunesleu / gottheil / S. Antoni fraut.
	Prunus, Szilvafa, pflaumenzwetschenbaum.
	Prunus sylvestris, Kökényfa, schlesien dorn.
	Pseudoapios Dodonæi, terræ glandes földi mogyoró.
	Pseu-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

63

Pseudodamasonium , calceolus Mariæ, Ezerjöfű frauensiūl.	Ribes vulgaris, Apró tengeri Szü- lü, Johanni-s-beer / Jo- hannes-träublein.
Pseudomelanthium inter segetes nascens, lichnidis sylv. genus, Körköl, Kornneglelein/korn- röflein.	Ricinus, Sárfű, wind erbaum.
Pulegium , Csombor , Közvény- méntha , poley / flöhfrau.	Rosa, Rósa, ei erese.
Pulmonaria , Tüdőfű , lungen- frau.	Rosa canina , Ebcipke , wilde seit rosen / hecken-heide ro- sen.
Pulsatilla saturatior serotina , Lé- any kökörcsény , schlottenblu- me.	Rosmarinum , Rosmarin , ros- morin.
Pulsatilla dilutior præcociorque, Ló kökörcsény , schlottenblu- me / kuchen schälle.	Rosa pumila sylv. magno rubro- flore, Parrágirosa, erdrose / hydrrose.
Pyrus, Körtvélyfa , birnbaum.	Rubus vulgaris, Csipkefa, brom- beer.
Quercus, Cerrus Plinii , Csérfa , eichbaum.	Rubus canepestris , nigris & sub- coeruleis baccis, Vad Szödör , kratbeer.
Quercus robur , Kemény csérfa , das aller härteste eichen ge- schlecke / hageiche.	Ruta, Rutha, Szögös rútha, rau- te / weinraute.
Ranunculus , Békafű , schataß- blume / hanensuß.	Salix amerina , Gallorum Osier , Kötöfűz , schafmülben / key- sch lam.
Raphanus , Retek , rettig / Ra- phanus rusticana , seu Amo- racia , Torma , meerrettig.	Salix aquatica, Eleagnus Theoph. Rekottye fa, palmweide.
Rapa , Répa , rübe / scheibelru- be.	Salix vulgaris lutea , Sárfűz , glos- meine gelbe weide.
Rapistrum , Repose , rübsaime / hederich / triller.	Salix vulgaris rubra , Körfűzfa , rothe weide.
Rapunculus , Raponcz , rapun- zel.	Salvia , Sálya , bárány üröm , sal- bey.
Rhamus solutivus , Ebövisk , wegdorn/ creuhbeer.	Sambucus , Bodzafa , holder / hollunder baum.
	Sanicula vulgaris , Szaniczor , quo

## SPECIMEN

guo nomine etiam donatur sanicula foemina Fuchsii , seu Elleborus niger Diosc. Dodonei , sanikel.	<i>Fanos Kényére</i> , St. Johannisbrot.
Saponaria , Szapanozófű , schizophila / seifffenkraut / spei-chelwurz .	<i>Sinapi</i> , mustár, sens.
Satureja vulgaris , Borsfü , saturrey / sengerkraut.	<i>Sisymbrium</i> , feketeméntha, rothe bachmünz / wasser-münz.
Scabiosa major Mathioli , Nagyobrihfű , scabiosen / Apostem/grundkraut.	<i>Solanum hortense</i> , Szépszőlő , nachtschatten.
Scabiosa vulgaris , Söprofű germ. idem.	<i>Solanum vesicarium</i> , Papmonya, judenkirsche.
Scabiosa succisa , morsus diaboli , ördögħarabtafű , teufels ab-bis.	<i>Sonchus asper</i> , Kakics , gänse-distel.
Scrofularia , Torök gyikfű , feketebodza , feigwarzenkraut / braunwurz / fauvurz / knottenkraut.	<i>Sonchus levis</i> , Piekék , hasen-kohl.
Secale , Ros , tavaſziros , rocken.	<i>Sorbus legitima</i> , Berkinyefa , sperberbaum / speierling / spührapfel.
Sedum majus vulgare , Földberecesztfű , hauswurz / hausslach / tonnerbart.	<i>Sorbus aucuparia</i> , Vörös berkinye grosser meelbaum / eibischbaum.
Sedum minus causticum Sárgagyopar , mauer pfeffer.	<i>Sorbus torminalis</i> , Barkoczafa , adlersbeer / adlers beerbaum.
Selinum hortense Peterſelyem , peterſilien.	Sorgi , melica , Czirok , sorg samen / indianischer hirsch.
Senecio , Aggófű , rontofű , cräh-wurz / grindkraut.	<i>Sphondilium</i> , Medvetalp , bee-renklauen / beerenwurz.
Serpillum , Kakukfű , qwendel / húnerkohi / wilder polcy.	<i>Staphylocodendron</i> , Halyagfa , wilde pimp:rnüsse.
Siliquum seu cerateum , Skent-	<i>Syderitis heraclea</i> , Tisztesfű , glidkraut.
	<i>Sympitum majus</i> , Fekete nadály , wallwurz / schwartzwurz / schmeerwurz .
	Taba-

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 65

Tabacum, <i>Dohány</i> , tabacf.	Hanc, si in vinetis nascatur, vina suo odore inficere perhi- bent, huflattich / rosfuß.
Tamarix, <i>Tamariska</i> , tamo- rischken.	Thypha palustris, <i>Gyékén</i> , ipsa scil. planta.
Tanacetum, <i>Varadics</i> , weißer oder spitzer: rein harren / wurmfraut.	Typhæ palustris clava, <i>Baka</i> seu <i>haporja</i> , vocatur, narren- kuppen / narrenkolben = knospen / fahenschwanz / wasserkolben.
Tarco, Dragon. <i>Tarkony</i> , dra- ben.	Verbascum, ökörfark, wollen- kraut / brunkraut / him- melbraun / fackelblume.
Taxus, <i>Tizafa</i> , taxbaum.	Verbascum nigrum, <i>Fekete ökör- fark</i> , unholden / königsker- ßen / kerzenkraut.
Terebinthus <i>Lezön</i> , terpentin- baum.	Verbena, <i>Szaporofü</i> , eisen kraut / reichhart / taubenkraut.
Tilia, <i>Hásfa</i> , lindenbaum.	Viola vulgaris, seu martia, <i>Kék Jvolya</i> , viola blaue märzen- veilgen.
Tomentilla, <i>Tormentilla</i> , tor- mentill / heisswurz / blat- wurz / nabelkraut / rote- ruhr-wurz.	Virga aurea, <i>Mezzei arauyas ve- szö</i> , hridnisch wundkraut.
Tribulus vulgaris, <i>Szamár tö- visk</i> , <i>vizidio</i> , stachelwurz / wassernus.	Viscum, <i>Faigjöngy</i> , mispel / vogellein / asfolter.
Trichomanes, <i>Aranyas paprag</i> , ividertod.	Vitia, <i>Letnok</i> , wicken.
Trifolium vulgare, <i>Lóhére</i> , ge- meine klee.	Vitia silv. cuiuscunque sit generis communi nomine dicitur: <i>Var- jú borató</i> , allerley wicken.
Trinitatis herba, jacea tricolor, <i>Szentháromság ivolya</i> , három- ság szényüviola, stiftmutter- lein / dreysaltigkeits blume unruhe forge / je länger / je lieber.	Vitis vinifera, <i>Szőlőtű</i> , <i>szölö ve- szö</i> , weinstock / weinrebe.
Triticum, <i>Báza</i> , weizen.	Vitis silv. Math. amara dulcis vul- garis, <i>Erdeiszölö</i> , <i>vadiszölö</i> , je länger / je lieber / hindsch- kraut. I Vitis
Trussilago, <i>Földitök</i> , eodem vi- delicet nomine: quo Bronia, notata, nonnulli tamen Lokö- röm eandem etiam appellant.	

Vitis idaea quorundam , Fekete-szölö, heidelbeer / biskbeer.	Urtica minor sive crispa , árva csalán, hendernestel.
Ulmus , Szilfa , ulmenbaum / rüslbaum.	Urtica labeo , lamium , Holt csalán, todte nestel.
Urtica major vulgaris , Csalán , brenneste / grosse Hausbrenneste.	Zea, spelta , Tönköly , spelsz / dünnkel / emmerkorn.

*Besodnerus Petrus , Cibinio-Transylvanus.* Autorem hunc suum agnoscit : Bibliotheca Theologica , h. e. Index Bibliorum Præcipuorum , eorundemque Interpretum , Hebræorum , Græcorum , & Latinorum , tam Veterum quam Recentiorum , incertas classes ita digestorum , ut primo intuitu apparere possit , qui in numero Rabbinorum , Patrum , Lutheranorum , Pontificiorum aut Zwinglio-Calvinianorum contineantur. Quem confilio & ductu Reverendi , Excellentiss. & celeberrimi Theologi , Dn. D. Christophori Pelargi , Præceptoris sui venerandi in primis ex Biblioteca ejus instructissima , in gratiam Ministrorum Ecclesie , concinnavit Petrus Besodnerus. Francofurti March. sumtibus Joh. Thymii 1608. 4. & denuo 1610. 4. *M. Caleb. Tryzophorus Prof. Log. Francofurti ad Viadr. in Prefat. ad Lectorcm , dicta illi Bibliothecæ Elogium. ca Theolog. prefixa , tale Elogium Besodnero tribuit :* Vir insigni virtute , eruditione , vitæ ac morum integritate conspicuus , idemque in literis sanctis & earum interpretationibus cum laude versatus Dn. Petrus Besodnerus.

*Bethlen Franciscus , Transylvano-Hungarus , Archi-Mare-scallus Principatus Transylvaniæ . Epistola ejus ad Mart. Ruarum data in Bethlen , die 7. Aprilis A. 1649. inserta reperitur secundæ Centurie Epistolarum M. Ruari , impressæ Amsterodami 1681. 8. A Sandio in Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. 145. iste Bethlen , tanquam Unitarius famosissimus notatur.*

*Bethlen*

*Bethlen Johannes, Comes Comitatús Alhensis, Sedis Siculicalis Uldvárkely Capitaneus supremus, ac Regiminis Transylvaniæ sub auspiciis Michaelis Apafi I. Principis Transylv. quondam Cancellarius.* Vir megnæ prudentiæ, probatae fidei, doctrinæ multijugæ. Posteritati reliquit *Epitomen latine exaratum, Scriptum Rerum in Transylvania ab A. 1629. ad annum usque 1663. gestarum p tum. Amsterodami 1664. 12. quæ mox etiam in Germ. translata linguam operâ Joh. Trösteri, prodiit Noribergæ 1666. in 12. titulo tali præfixo: Bedrängtes Dacia. Das ist Siebenburgische Geschicht te. &c.*



*Antiqua non minus atque inclita est Bethlenorum in Transylvania prosapia, cuius brevem quidem, sed fide dignam Genealogiam descripsit Johannes Deika, Aulicus Illustrissimi Principis Transylv. Gabrielis Bethlenii quondam Concionator doctissimus, in Epistola Responsoria ad Davidem Pareum S. Theol. Doct. & Prof. Publ. Heidelbergam 1618. perscripta, quæ hac verborum structura impressa legitur p. 227. in Henrici Altingii Historia Eccles. Palatina ejusque Documentis, una cum Friderici Sylburgii Catalogo Codicum Gracorum MSS. olim in Bibliotheca Palatina, nunc Vaticana aſſervatorum, edita Frantofurti A. 1700. 4.*

Salutem IN CHRISTO JESU cum  
prosperiori novi hujus anni curriculo animitùs  
precatur, suaque debitâ cum submissione polli-  
cetur officia.

**B**inas abs te, venerande D. Doctor Barée, accipio literas,  
ex quo tibi ne hilum quidem respondeo: idque factum  
non negligentiâ meâ, aut oblivione aliquâ, verùm par-  
tim variis occupationibus meis, partim expeditionibus belli, qui-  
bus

bus & me oportuit interesse , quibusve Patriæ fines Illustrissimus Princeps tuetur : maximè verò fidelium tabellionum inopiā . Ut ut sit , obviis præsentem occasionem amplector ulnis . Piores tuæ exhibitæ sunt in castris Moldaviam proficiscentibus ad campum Bartsa cladibus insignibus celebrem positis , die 14. Augusti , anni proximè elapsi : ex quibus ut venerandam vestram pietatem gravi catarrho liberatam , & ordinariis suis sanctis laboribus restitutam esse gratissimè intellexi : ita clarissimum Dominum Coppenium , piæ memoriaz , tam præmaturâ & repentinâ morte , multorum discentium , præsertim Ungarorum detrimento sublatum esse , lacrymantibus legi oculis . Utinam divisa providentia non minus idoneum illi in professione istâ substituerit παρασάτην ! Literæ ad Illustrissimum Principem , à Veneranda vestra pietate missæ rectè etiam in iisdem castris sunt exhibitæ , sed sine Commentariis , quos posteà demùm Moldavia redux sua Celsitudo rectè quoque accepit , jucundissimè legit , ac quantum per otium licuit , re legit , in suamque Bibliothecam , in sempiternam vestræ gratitudinis memoriam reponi jussit . Cum iisdem Serenissimi quoque Electoris vestri literas debita cum observantia suscepit ac legit mirâ alacritate . Quod verò suas Serenissimus Elector in diæta Heilbrunnensi Principum Correspondentium Ordinibus communicavit , Suæque Celsitudinis sinceritatem ac pietatem erga Orthodoxam Christi fidem testatam apud præsentes fecerit , maximi beneficii loco dicit . Vestram autem animi in Suam Celsitudinem propensionem , quod dedicatione eruditissimi vestri Commentarii Suam Celsitudinem cohonestare vestra dilectio habet in votis , maximi facit , illudque , quo par est , amplectitur favore . Pergat igitur , cum bono Deo , & virtutes tanti Principis ad posteritatem merito transmittendas indelebili charactere ab oblivione vindicet . De iis verò , quæ ad decus & commendationem suæ Celsitud. pertinent , de quibus ex me cum in prioribus , tum in posterioribus suis , quas 21. Decembr. anni proximè elapsi , accepi literas , cupit edoceri , sic habeat .

\* Famí-

\* Familia Suæ Celsit. ut est antiquissima , ita semper fuit illustrissima ac florentissima. Longum esset , & fortè vobis tædiosum, ab ipsis familiæ hujus incunabilis omnia altè repetere , & integrum pertexere genealogiam. Ad Atavos ac Proavos usque duntaxat ascendam.

*Gregorius Bethlen* Matthia I. regnante Banus fuit Szözenien-*Genealo-*  
*sis*, & ejusdem comitatūs Comes. Quanta autem fuerit olim officii *gia Pro-*  
*Banatūs* dignitas & præminentia , liquet ex eo , quod sub Coronā *sapie*  
*Ungaricā* sex fuerunt primarii proceres, summa, post Regem, autho-*Bethlen-*  
*ritate in regno pollentes : Palatinus nimirum , Vaivoda Transyl-*rum.**  
*vaniæ*, Banus Nandor Albensis, qui & primarius inter Banos, Ba-  
*nus Szözeniensis*, qui & secundus , Banus Croatiæ , Banus Sclavoniae. Ex horum igitur numero præfatus quoque *Bethlen*, & quidem  
*non postremus*. Eodem tempore , aut non multo post *Dominicus*  
*Bethlen* Vaivoda Transylvaniæ extitit, cuius Donationes & Missiles  
*etiamnum in grammatophylacio seu Capitulo Albenſi extant & le-*  
*guntur*. Hujus Filius jugo matrimoniali copulavit sibi Pauli Kinissi  
*strenui Martis filii* sororem minorem natu , ex qua suscepit filium  
*Gabrielem Bethlen* , avum paternum Illustrissimi Principis nostri,  
*qui cum Ludovico II. in illo lu&gtuoſiſſimo & nunquam ſatis deplora-*  
*to confliſtu*, quem in campo Mohacs, citrā conſenſum Optimatum,  
*infeliciter admodum aduersus Solymannum Turcicum Imperato-*  
*rem, patriæ & gentis noſtræ primitivam peſtem, commiſiſit, interfuit,*  
*immo ſex millibus haſtatorum equitum præfuit. Tandem poſt ſua*  
*præclarā facinora in aula Sereniffimi Johannis I. præfectus, & ſupre-*  
*muſ aulicæ militiæ Capitaneus eſt conſtitutus : Ubi in rebus anguſtis*  
*& affliſtiſ quanta fidelitatis & magnanimitatis ediderit ſpecimina,*  
*adhuſ in recenti hominum memoria eſt. Hic reliquit poſt ſehare-*  
*dem filium Wolfgangum Bethlen* , nequaquam ab avita virtute de-  
*generem, qui Gyulæ Ferdinandō Regi fidelitatem ſuam conſecrans,*  
*Tribunus militaris Ordinis Equeſtris eſt deſignatus, laudabiliterque*  
*ſingularem ſuam fortitudinem ac ſummam in rebus bellicis dexterite-*  
*tatem, cum alias, tum maximè in iipſa arcis obſidione & expugnatione*  
*teſtata m̄ reliquit, quippe qui à multitudine Turcica obſeſſus virili-*

## SPECIMEN

ter pugnando septendecim vulneribus sauciis erupit & evasit. Cujus rei fama ad Johannem II. perlata , in Transylvaniam accersitum , magno ad extreum usque vitæ suæ halitum habuit in pretio. Eo mortuo Stephanus Báthori , successor Johannis , qui & Rex Poloniæ , haud minore illum amplexus est favore : eam ob causam in confictu cum rebelli Caspero Bekes commisso , Primi pilum constituit , dum Regiam Dignitatem assumturus in Poloniā è Transylvania proficeretur : cumque paulò post Dantiscum propter rebellionem ob sideretur , summa cum laude aulicæ militiæ præfectura est functus. Nec est dubium , quin vivi adhuc testes in Polonia reperiantur , qui in expeditione Moschovitica , ac contra rebelles singularem ejus virtutem ac præstantiam videre potuerint. Unde à Stephano Rege arce bonisque præclarissimis donatus , tam ab ipso , quam posteris ejusdem in magno sempèr habitus est honore.

Reliquit hic post se liberos duos: GABRIELEM BETLEN , modernum Clementissimum nostrum Principem ; & STEPHANUM BETHLEN fratrem hujus minorem natu , nunc in Aula suæ Celsitud. pietatis vitæque innocentia exquisitissimum exemplar , Aulicæ verò militiæ dignissimum & quissimumque Capitanum. Uterque adhuc puer , orbatus parente , venit sub Tutoriam potestatem. Ubi autem Illustrissimus Princeps adolescere cœpit , naturali quadam propensione aulicis bellicisque rebus intentus , maturè aulam Serenissimi Principis Sigismundi Báthorei est ingressus , ac non multò post innumerum intimorum cubiculariorum est adscitus. Eo jam tempore ferax ac crudelissimus Mars externis & quæ atque intestinis motibus patriam hanc nostram afflictissimam miserrimè vexabat , unde vix ab ephebis sua Celsitudo excedere potuit , cum belli fortunam alias supra vires & æratem tentare coacta est , natura avitæ paternæque virtutis diligentissima æmulatrix. Interfuit expeditioni Transalpinensi contra Bassam Szinan: dupli item obsidioni arcis Tömösvár. Cum Stephanus Bocskai piæ memorie , post obsidionem Váradensem ad Rudolphum II. Romanorum Imperatorem à Sigismundo solenni legatione fuisse expeditus , sua quoque Celsitudo eidem ab eodem fuit adjuncta , cum ut legationis fidelitatem observaret , tum ut ex

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

71

ut ex maiestate & splendore Cæsareæ aulæ sumeret experientiæ suæ non contemnendum incrementum. Tandem ubi *Sigismundus*, nescio quibus ductus rationibus, cum Cæsare Romano pacisceretur de Regni sui per Ducatum aliquem Imperiale permutatione, ortis de Regno Transylvaniæ ultrò citroque controversiis ac contentionibus, quæ non nisi ferro dirimi & sopiri potuerant, omnibus ferè pugnis & conflictibus certè cruentissimis, interfuit, masculine nunc pro hac, nunc pro illa parte pro ut melior Patriæ status iudebat, dimicavit. Per multas clades cum *Georgius Basla*, subacta Transylvania, immanem exerceret tyrannidem, patriæque nostræ libertatem totis convellere viribus intenderet, & postmodum horrenda quoque inflaueretur Religionis persecutio, mox Stephanus Bocskai strenuus religionis Orthodoxæ vindex exsurgit, cui sua quoque Celsitudo prima quoque occasione se adjunxit, patriæque libertatis afferendæ, ac persecutores insequendi egregiam navavit operam. Consideratis Serenissima Bocskai fidelibus suis servitiis, sex millibus Equitum Transalpinam pro suppetiis, ad instantiam *Simonis Vajvoda*, missorum, Generalem præfecit. Quid multis? semper et ubique, prout inter infinitos casus fors atque fortuna tulit, virtutis & magnanimitatis luculenta edidit specimina. Justa prælia, quibus interfuit, triginta quatuor numerare, nervorum incisiones, ossium fracturas, cicatrices hinc inde, quæ potissimum à Turcis Tartarisque accepit, ostendere potest. Ac multis ejusmodi exantlati laboribus gradum atque dignitatem avi Parentisque, ut aulicæ militæ Gabrielis Báthori Principis Capitaneus fieret, adæquavit. Sed ex æmolorum quorundam iniqua accusatione, Principis in se commoti acerbitate subolfaciens, coactus est inopinata admodum fuga vitæ suæ consulere, in Imperiumque Turcicum (cum oblonginquitatem loci, ac Pontificiorum otium in Hungariam concedere tutum non esset) se conferre, ut ex proxima vicinitate commodiori occasione & innocentiam suam apud Principem testatam facere, & excandescientiam ejus, si forrè esset complacabilis, lenire, aut legitimam de se, si Principi ita placeret, inquisitionem impetrare possit. Verūmenimverò, cum iratus Princeps justis quoque rationibus nec eò adducet,

ut

## SPECIMEN

ut cum Sua Celsitudine secundum juris processum ageret, nec ullo modo ad misericordiam flecti potuisset, aliam coactus fuit inire rationem recuperandi sua, nullâ suâ culpâ confiscata. Paulò ante idem Princeps, cùm alias plerosque ex regni ordinibus, tum maximè Saxones ac liberas eorum civitates, ademto ipsis & depopulato Cibinio, sibi reddiderat infensissimos: omnem occuperunt movere lapidem, ut illatas sibi intolerabiles injurias quoquo modo ulciscantur. Proinde apud Christianos Principes atque ac apud Turcarum Imperatorem maximis quibusque eum querelis & accusationibus gravare & exosum reddere non destituerunt, donec arma in illum undique concitarent, ut si armis Cæsareanis ad restituendum Cibinium, publicamque libertatem adigin non posset, armis tandem Turcarum cogeretur. Quorum auxilium cum multis donis ac solicitationibus in procinctu tenerent, publicæ horum quærelæ ac causæ, privata etiam suæ Celsitudinis injuria atque causa accessit. Turcis ergo jam contra Principem armatis fese adjunxit, hoc potissimum proposito, ut inter Principem & Turcas mediatorem ageret, negotiumque sine cruento, patriæque periculo ita complanaret, ut & Princeps salvus in suo Principatu maneret, & Saxones exacerbati, aliquatenus mitigarentur, interim sua quoque Celsitudo in pristinum Principis rediret favorem, bonaque sibi ademta recuperaret, ac patriæ restitueretur. Dum in hoc totis sua Celsitudo incumbit viribus, Princeps non minus elatum quam obstinatum gerens pectus, nihilo se præbet mitiorem. Interim suæ causæ, an Procerum Regni fidelitati diffisus, aut virium suarum imparitate territus, regno concessit, quod Regnicolæ pro occasione suo Principatui renunciandi habuerunt, renunciaruntque solemni protestatione in frequenti conventu Claudiopoli, eò quod si non omnium, multorum certè (ut nunc quoque dicebam) animi actis ejus factisque incurabiliter erant offensi. Novum ergo Principem eligendi eò major ipsis incubuit necessitas, quod castra Turcica & Tartarica Bathoreo adversa proximè jam ad Tordam fuerunt posita. Dum jam suffragia mittenda sunt, Illustrissimus Princeps, qui & ipse ad conventum ex castris fuerat à Regnicolis accersitus, in medio Procerum

affi-

assistens, magnâ cum obtestatione, & longâ verborum serie monet quosvis præsentes; ne patriæ liberam electionem, per mille discrimina ad hoc usque tempus inviolabiliter observatam & conservatam hac vice prodant atque proflituant: neque Seritmirum, neque Turcam Principatum obtinendi gratia venisse; nec se, conscientia sua teste, illam unquam affectasse dignitatem, in hoc præsertim afflittiissimo patriæ nutantis statu, nec Turcam ullo modo offendit, quisquis tandem eligatur, modò sit æquitatis ac pacis studiosus: se verò libentissimè Dominum suum agnitorum, modò bona sua à Rathorio nullo suo merito confiscata sibi restituantur. Turcam verò è vestigio Regno egressurum. His audiitis, Proceres, invocato nomine DEI, suffragia sua mittunt liberimè: diriguntur autem fato quodam & divina dispositione ad Suam Celsitudinem. Proinde uno ore, & more antiquo Proceres, statuum ordinumque Regni liberimis suffragiis electum Principem Transylvaniæ proclaimant ac pronunciant, & sic in summam privatorum quorundam invidiam & emulationem ad Principatus dignitatem est evectus. Nonigitur ab Ottomannico Imperio habuit suum Principatum, sed ab ipso Regno liberam habente electionem. Quod verò pacem cum Turcis colimus id nobis magna & inevitabilis imposuit necessitas, tunc primum cum Ludovicus II. ad Mohács in conflictu cum Solymanno una cum Proceribus occidit, Johannesque Zapolya, tum Vaivoda Transylvaniæ, more Majorum in campo Pestiano, ex consensu partis potioris, in Regiam evectus dignitatem, & coronatus, à Cæsare Ferdinando, ex instigatione factiorum quorundam Procerum transfugarum, bello funestissimo petitus & afflictus, Turcarum auxilium implorare extrema adactus est necessitate, quo in ipso bellorum ardore vitâ functo, Filius & Successores in hoc, quod nunc nos manet jugum, missi sunt. Tentavit quidem aliquoties gens nostra, præsertim Transylvania, jugum illud collo suo excutere, confisa Christiano orbi, maximè verò Romano Imperio; sed quam infeliciter, magno cum gemitu hodie, quoque sentimus. A Romano Imperatore longè absimus, sumus vero in fauibus leonum, facilè nos leones comminuunt & dilaniant, dum Sacrat, Sua Cæs. Maj. consultum nobis vellet. Si Regna, Regiones, Reges, Principes

## SPECIMEN

cipes longissimè à Turcis dissipati, magnâ etiam summa pacem sibi à Turca redimunt, quid mirum si nos multorum annorum bellis attriti & penitus infirmati idem facere cogamur? Eo tamen non sumus Turcæ, quos in momento perditos & è medio sublatos cuperemus; quicquid de nobis homines comminiscantur. Illustrissimum nostrum Principem, pia & æquissima regnandi ratio certe luculenter testatur verè Christianum esse. Bonus & Christianus Princeps in duobus potissimum debet esse maximè occupatus: In promotione nimis gloriarum Dei & augmentandis Reipubl. commodis paceque ac tranquillitate conservanda. Sua verò Celsitudo quamprimum Principatus habendas sibi moderandas accepit, Gloriæ Dei, quam Adversarii horrendum in modum proculcarant, pestilentissimisque suis erroribus obtexerant, ivit consultum, non promovendo duntaxat bonæ expectationis juvenes in Academias Germanicas, verùm etiam doctissimos quosque viros ex Ungaria conquirendo. Quem pium zelum in vindicanda Dei gloria ad hoc usque tempus à Sua Celsitudine absque ulla diminutione conservatum & observatum esse, vel ex eo liquet, quod continuos in vestra Academia habet alumnos magnis sumtibus promotos. In audiendis sacris concionibus, sive sit in itinere, sive in expeditione bellica, sive curis maximis distentus, sive domi in quiete & otio, ita est diligentissima, ut nihil hac in parte in Sua Celsitudine desiderari animadverterim. Fundatissima quoque est in Religione Orthodoxa adeò; ut expeditè quibusvis adversariis, quos non paucos etiam ex Consiliariis, ex instituto Regni, penes se habet, de quovis fidei articulo respondere possit. Et compertum jam habeo, nihil suavius, nihil gratus Suæ Celsitudini esse, quam si quis doctissimè de rebus Theologicis, sive ad mensam, sive alio quovis tempore differat. Nuper cum ex antiquata & laudata Ecclesiæ Transylvanicæ consuetudine, Provincialem proximo oppido vulgo Enyed vocato, celebraremus Synodus, in qua de doctrina fidei, nominatim verò de justificatione hominis peccatoris coram Deo, inutuò nos, præsertim verò fratres in Ecclesiæ emittendos examinaremus; nostrum hoc institutum ubi Suæ Celsitudini innotuit, domi suæ se continere non potuit, mox ex insperato, nobis non cogitantibus, in Syndonum.

nodum advolavit, illustrique sua præsentia integris diebus disputatiouem nostram, vehementis frigoris asperitatem contemnendo, ornavit, arrectisque auscultavit auribus. Taceo hic in templis collapsis instaurandis, in scholis erigendis, salariis ministrorum augendis, quām sit impigra. Maxima sua beneficia & præclara de Ecclesia merita nunquam certè hæc nostra ætas satis decantare potest.

Nihilo est in Reipublicæ quoque commodis provehendis remissior. Initio Principatus sui, quām confusa, miserabilis & afflictissima conditio Transylvaniæ fuerit, nemo non novit. Internis simul ac externis motibus adeò flagrabat, ut fuorem fervoremque tot gentium, ferro, igni, rapinis omnia vastantium, multi inextinguibilem arbitrarentur. Sed ea omnia labore, industrâ, quantâ fieri potuit, indefessâ non solum mitigavit, verùm sua quemque in loca discedere coëgit. Mox ferocientes & multum tumultuantes subditorum animos à se invicem non secus, ac si naufragium fuissent passi, disjectos & alienatos, multa lenitate, sapientia, & prudentia sacro-sanctæ unioni, justitiæ ac scriptarum legum disciplinæ jugoque salutaris obedientiæ subegit: Invídos & tantæ fortis æmulos, aut rebellionem, cui tot continuis tempestatibus quasi assuefacti fuerant, meditantes, sancta quadam dissimulatione (quæ sola & perpetua est beati regiminis salus) ad meliorem mentem revocavit: obtreccatores suos partim patientiâ & silentio, partim clementia convicit; atque sic Regnum turbulentissimo statu ad se devolutum multorum cum admiratione citissime sedavit, diuque desideratæ paci restituit. Apud exterros quoque cum paribus paritatem, & officiosam vicinitatem coluit. Eorum verò, quos Deus in excelsiores dignitatum gradus evexit, animi qua par est, submissione & humilitate, favorem, benevolentiam & amicitiam sibi conciliare intentissimè studuit, & etiamnum studet. Præsertim verò in demerenda Sacra Cæsareâ Regiâque Majestate quantum laborarit ac sudarit, atque etiamnum defudet, nullis parcendo sumtibus, testes esse ipsi Cæsariani possunt, quippe cum qua non tantum (ut manibus teneimus) plenam confœderationem, sed ut in dies speramus, melioris spei & expectationis intelligentiam Sua Celsitudo fideliter & singulare dexteritate colere

cœpit : cùm interea temporis nihil Pontificius furor quieverit, nunc hinc, nunc inde, occultis simul & manifestis machinationibus Suam Celsitudinem pacemque Regni, tanto labore & industria acquisitam, turbare & intervertere annitendo : haec tamen, Deo propitio, nihil profecit. Singulare est, quod in grātiā Regis Poloniæ cum maximo capitis sui suorumque discrimine tentavit. Turca maxima vi Poloniam ferro ignique vastandam profecturus, castra sua metatus est ad ripam fluvii Nesser, subindeque fluvium tranando irruptiones in Podoliam faciebat. Ex adverso ultra fluvium Poloni quoque ferro Turcæ resistendum machinabantur, sed viribus fortè impares pacem potius petere, quam fortunam experiri erant paratores. Consilia de hoc agitabant, quomodo negotiū felicius promoveant, verebantur enim ne metus & terroris suspicione, si fiat mentio pacis, hosti animum dent. At Sua Cels. collectis undique suis viribus Moldaviam citissimè proficiscitur, & antequam ferro fortunam experiatur, se se maximis athletis interposuit & utrāque parte æquis ac justis rationibus conditionibusque reconciliata, pacem utrinque constituit, & sic pacificè castra utrinque sunt soluta. Quantum fuit periculum in terra exotica, tam potentissimis Turcarum Tartarorumque castris obviam fieri ! Ita est studiosissima diligentissimaque sua Cels. in demperendis Christianis Regibus.

Abrumpo sermonum meorum fila, citius enim tedium vobis mea prolixitas pareret, quam ut dignè Suae Cels. virtutes & res præclarè gestas enarrare possim. Ego ea, quorum fui conscius, consignavi, & fortè prolixius, quam cupiebas. Tuum tamen est matrum adhibere judicium, quo polles nimium, & diligentissimè disquirere ac discernere, quænam ex his sint in Suae Cels. laudem servitura : quæ item minus, quæ divulganda, quæve subticenda. Communicavi quoque negotiū cum quibusdam Dominis Consiliariis, eruditione & judicio præ ceteris pollutibus, quæ etiam omnia approbarunt & suo reliquerunt loco. Unum est, quod Colophonis loco additum volo : Quidam studiosi Transylvano-Saxones &c. -- Æternus Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi vitam Venerandæ vestræ Paternitatis diutius ad Ecclesiæ suæ, dissentiumque emolumentum

clementer prorogare , sanctisque laboribus benedicere dignetur. Nos quod nostrum est pro vobis quotidianas apud Deum preces fundere non intermittimus. Saluto officiose clarissimæ Academiæ vestræ lumina , præsertim Dominos Doctores Theologiæ & Pastores Ecclesiæ Symmistas in Christo honorandos. Dabam Albâ Transylvaniæ 28. Januarii Anni jam currentis. 1618. Post Scripta.

Si ad Maternam profapiam tempus me excurrere sineret , Iu-  
culenter demonstrare possem, Suam Cels. eatenus quoque ex Illustri  
oriundam esse familia. Nam Kornisiorum familia , ex qua Avia Suæ  
Cels. originem duxit , antiquissima omnium & præclarissima est,  
utpote quæ ad Tivatalum insuper ascendit, qui Tivatalus (Scyticum  
adhuc est nomen) Scudorum , seu Scytarum in prima ex Pannonia  
emigratione in Transylvanicis Alpibus remansorum (quos nunc  
vulgo Szekelios seu Siculos vocamus) Antecessor & supremus Capi-  
taneus fuit , qui contra quosvis hostes gentis suæ reliquias potenter  
defendit , & per Alpium anfractus ac recessus conservavit , quæ loca  
ad hoc usque tempus obtinent ac inhabitant , eandem dignitatis ac  
præminentiaæ gradum posteri quoque ejus , Kornissi nempe , conse-  
cuti sunt ; nam per successionem semper generalem Capitaneatum  
inter Siculos obtinuerunt ; sed hoc ipso sermonem meum concludo,  
Prælustrem eum esse magis quam ullum unquam , meritoque dignis  
extolli laudibus , quem & generis nobilitas , & insignium virtutum  
decus simul ad Principatus dignitatem evehit.

Hæc mihi , venerande Domine Parée , exciderunt , quæ post  
scripta notare placuit , ne penitus de materna familia Reverenda  
vestra Paternitas sit ignara.

Iterum valeat diutissimè.

*Reverendam vestram Paternitatem  
observanter colens*

Johannes Daika Keservinus :  
Aulicus Illustrissimi Principis  
Transylvaniæ Concionator.

† †

*Gabriel Bethlen* optimâ indole , memoria admirabili ,  
 judicioque accuratissimo præditus , facundiâ etiam cum gravitate  
 temperata tanta polluit , ut plerorumque ipsum audientium favo-  
 rem ac reverentiam sibi conciliaverit , præcipue autem Eruditos  
 maxima habuit in æstimatione , atque Calvinianorum dogmatibus  
 strictius addicetus , strenuè eadem quosvis contra oppugnantes de-  
 fendere laboravit . In juventute sua maximâ rerum penuriâ pres-  
 sus cum pauperie quasi est conflictatus , quod si non aliunde , sal-  
 tem ex eo collectu est facillimum , quod à Mercatore aliquando  
 centum thalerorum summam sibi mutuo dari petens , repulsam  
 tulerit , quapropter optimum fortunæ suæ promovendæ reme-  
 dium amplexurus militiam sectari statuit , cui etiam decimo septimo  
 ætatis suæ anno adscriptus , præliis 24. quam acerrimè præliatis  
 summâ cum fortitudinis laude interfuit : Neque tamen in aulicæ  
 quoque vitæ muniis obeundis se desidem exhibuit , siquidem tûm  
 in *Gabrielis Báthorei* , tûm *Imperatoris Turcici* aulis iisdem egre-  
 giè perfunctus est . Cum autem A. C. 1613. dictus Báthori truci-  
 datus esset , à Sender-Bassa , Commissario Turcico , post tridu-  
 um elapsum , Principatu Transylvaniæ regendo denominatus est ,  
 qua ipsâ deinceps electione à Turcarum Imperatore pariter com-  
 probata & confirmata , Báthoreus Palatinum Hungariæ de Princi-  
 patu Transylvaniæ , sibi à Turcis collato certiorem faciens , con-  
 finia Hungariæ hautquaquam se turbaturum , aut ullo modo in-  
 festaturum , sancte promisit , dummodo Transylvania etiam pace  
 ac quiete frui permitteretur , nec ab incursionibus hostilibus Hun-  
 garorum belli gerendi occasio præberetur . Postquam autem Beth-  
 lenius , ob hanc à Turca sibi collatam dignitatem , in odium Fer-  
 dinandi II. Rom. Imp. & Regis Hung. incidisset , bellum inter eos  
 exortum est gravissimum , cui fortiter sustinendo , fœdus cum Bel-  
 gis iniit , atque A. 1618. Bohemis Ferdinandum detrectantibus im-  
 perium , se sacramento adstringens , Hungariam cum exercitu 18000.  
 militum ingressus , Cassoviam , Posonium , aliaque Hungariæ lo-  
 ca occupavit , Regisque Hungariæ titulo propria auctoritate af-  
 sum.

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

79

sumto , Austriae hostiliter invasit , cæsis eâ expeditione *Tampi-*  
*rio & Buquojo* , Cæsareæ militiae Ducibus . Tandem verò Oppo-  
- liæ & Ratiboriæ Ducatibus in Silesia à Cæsare ipsi oblatis , plac-  
 atus , diademate Hungarico A. 1622. Regi Ferdinando reddito , à  
 Regis Hungariæ nomine imposterum utendo prorsus abstinuit .  
 Haudquaquam tamen pacem constanter coluit , quin potius vel  
 denuo irritatus , vel aliunde instigatus , armis resumtis , Turca-  
 rum præcipue ope subnixus , Moraviam vastavit , exercitumque  
 Cæsaris ad *Hodoninum* copiis suis circumcidens , Vallensteinum  
 summum Cæsarei exercitus Imperatorem , continuis insultibus &  
 impeditonibus fatigavit , tandem verò ab auxiliaribus militibus  
 desertus , denuo A. 1624. cum Cæsare pacem iniit , atque vix  
 quinquennio elapso , nempe A. 1629. hydrope contractâ ex hac vi-  
 ta emigravit .

NB. Cum autem apud quamplurimos Historicos , Hungari-  
 ci idiomatis ignaros , Bethlenii hujus mentione injectâ , viderim  
 haecenus eum nominibus hisce esse expressum : *Gabriel Bethlen*  
*Gábor* , quasi nempe Gábor familiæ Bethlenianæ nomen esset ,  
 monendus hec loci fuerit B. Lector , vocem *Gábor* idem esse ac  
*Gabriel* , hincque vitiosè Gabrielis , utpote prænominis , vocem  
 postpositam , quæ præponi debuisset , neque in fine etiam , nisi  
 priore *Gabrielis* nomine misso , adjicienda fuisset : Hungaris nam-  
 que familiare est , Prænomina personarum , tam in scriptione ,  
 quam in locutione , alias apud alias gentes & nationes , præfigi  
 solitas , propriis familiæ nominibus suffigere , veluti , si vulgato  
 Prænomina & Cognomina collocandi more attento , scribendum  
 foret Andreas Báthori , hungaricè scribitur *Báthori András* , præ-  
 nomine scilicet in finem rejecto , sic pariter *Báthori Gábor* , pro  
*Gabriel Báthori* , *Apafi Mihály* , pro Michael Apafi , *Rákóczi* ,  
*Ferencz* , pro Franciscus Rákóczi , hungarico modo scripta no-  
 mina , ut alia iam taceam , licet invenire .

\* Stephanus Bethlen post fratr̄is sui haecenus comme-  
 morati obitum , Claudiopoli in Comitis à Statibus & Ordinibus  
 Tran-

## SPECIMEN

*Transylvania ad Principatum erectus est, & quidem præter omnem suam opinionem, quippe qui animo suo Rákóczium huic dignitati admovendum destinaverat, eaque de causa filium pariter suum ac generum ad eundem illum ablegavit, de copiis auxiliaribus ad obtinendum suum scopum certiore reddituros. Nulla igitur mora hisce oblatis subsidiis auditis, interpositâ, res eo deduxit, ut Segevarini (germ. Schesburg) nova Diata celebrata, Stephano Bethlenio recens collata Principatus Transylvaniæ dignitas adimeretur, atque eâ ipsâ dictus ille Georgius Rákóczí, nominis hujus Primus, condecoraretur. Interea Bethlenius à Rákóczio pluribus persecutionibus & bellicis insulibus acriter exagitatus, ad tantas redactus est angustias, ut Buda apud Turicum Gubernatorem, opem petere atque saluti sua consilere coactus fuerit. Licet autem Bethlenius aliquot millia auxiliarium copiarum à Turca impetraverit, præliis tamen cum Rákóczii exercitu non adeo quidem numero aliquoties commissis, semper inferior discedens, Rákóczio occasionem subministravit, in Principatu Transylvaniæ se firmiter collocandi, quem etiam ad annum usque Christi 1643. bona cum quiete & optata tranquillitate administravit. Ceterum quod ad res gestas hasce, aliasque Bethlenorum attinet, eas sciendi cupidus suggerent, præter plerosque rerum Transylvanicarum Scriptores, etiam Nadányi in *Floro Hung.* per totum Lib. IV. & supra laudatus Joh. Bethlen in Epitom. *Rer. Transylvan. Conf. p. 21. lin. 25.**

*Bodoki Stephanus, Transylvano-Siculus, Franekeræ operas studiorum gnaviter urgens anno hujus seculi 7. laudabili industriâ & elegantiâ elaboratam Disp. Physicam, de Existentia Rerum Materialium, Præside Excell. Dn. Ruardo Andala, Philos. Natur. Prof. Publ. ventilavit.*

*Bonfinius Antonius, Historicus Latinus, Scriptorque Rerum Hungaricarum non minus gravissimus ac nitidissimus: quem vel ea de causa huic opellæ meæ inferendum esse censui, non*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

81

non quod Hungariæ sobolem Eum fuisse autumem , sed potius ut illorum opinio , qui ob Historiam de rebus Hungaricis adeò fideliter & nervosè traditam , pro Hungaro nato eum venditarunt , refellatur , partim ut ipsis Hungaris de Historici hujus excellētissimi patria , vitâ actâ & opere Rerum Hungaricarum nitidissimo exactius constaret. Editus autem est in hanc lucem Bonfinius *Aſculi* vulgò *Aſcoli* , seculo P. C. N. quinto decimo , quem nativitatis locum constat urbem esse Italiæ in agro Piceno , hodie *Marchia Anconitana* Pontif. ditionis , colli impositam , atque nomine *Aſculi Piceni* , ad differentiam Aſculi Apuliæ , insignitam. Qui qualesque Parentes ejus fuerint , nescio an memoriæ alicubi proditum liceat reperire , honestiori tamen vitæ generi eos adscribentem vix credo ansam cuipiam præbiturum contradicendi. Equidem in *literarum studiis* , quos qualesque , quibus in locis , quorumque cura , impensis , & institutione Bonfinius fecerit progressus , expressum non esse animadverto , negari tamen nequit , eum præter lingvarum *Latina* , *Græca* , *Italica*que exactam notitiam , humaniorum quoque , ceu communiter vocari solent , Artium , *Philosophia* pariter ac *Philologia* apprimè fuisse gnarum. Ut enim taceam soluto non minus ac ligato dicendi genere eum pluribus ætatis suæ viris eruditis antecelluisse , profectò studiis etiam *Historicis* æque ac *Politicis* tantum sibi nominis decus comparavit , ut simul favorem illustrium virorum , simulque applausum Reipubl. meruerit Literariæ. In *Græca* speciatim lingua si Bonfinium supra vulgus sapuisse dixero , in veritatem haut quaquam injurius fuerim. Quemadmodum enim præclarum juxta *R. Jude* , filii *Salomonis* , qui vulgo *Charizi* audit , effatum : *in hoc omnium gentium Sapientes confirarunt , non esse idoneum libro alicui transferendo , qui non tria hac calluerit ; Lingua è quæ vertit , Lingua in quam vertit , & scientia cujus notiones explicat , mysteria* , ita trigam hanc misteriorum in Bonfinio concurrisse , editiones librorum è græca in latinam lingvam ab eo conversorum , satis superque comprobarint. Post lingvarum & politioris Literaturæ culturam severissimo insimul *Legum* & *Juris studio* animum dedit Bonfinius ,

L

quod

quod ut in societate civili usum habere egregium haud ignorabat, ita variorum opinionum nebulis hinc inde obfuscatum mitiore Mufarum favonio identidem temperavit. Num autem ad *Hungariam* quoque *Jurisprudentiam* mentem suam adjunxerit, dictu esse video difficilius. Præter peregrinationes, quarum studio incitatus, *Italiam*, *Germaniam*, *Hungariam*, *Bohemiam*, *Moraviam*, aliasque Regiones perlustravit, castrorum quoque sectator fuit, non tam sua quidem, quam aliena voluntate. Sanè is ipse fama de singulari *Matthiae Corvini* Hungariæ Regis favore in Literas atque Literatos passim invalecente, Italia protenus relicta, cupiditate tamen videndi Regem flagravit: quapropter iter ingressus, tandem *Rhetiam* vulgo *Reez* Moraviæ urbem delatus, varia librorum, quæ paulò ante ediderat, volumina, secum allata, tum Regi tum Reginæ, tum Regio filio obtulit, quorum lectione uti Rex valde capiebatur, ita Autoris ingenium admiratus, ab aula sua, recedere licet volentem, dimittere noluit sed sequi castra jussum, insigni salario conduxit. Ceterum juvat ea, quæ hac de re in *Bonfinii Decade IV. lib. 7. fol. 463.* tradita sunt, heic annexere: *Paucis nempe ante diebus Anton. Bonfinius civis Asculanus* è *Picentino agro*, *Corvini Regis nomine succensus*, *Rhetiam venit*, ubi cum Regem & Beaticem adivisset, varia librorum, quæ nuper ediderat, volumina detulit. Tria Regi dicaverat, *Regina duo*, unum *Johanni Corvino inscriperat*. Cum autem in castris ista volumina Rex avide lexitasset, Scriptoris admiratus ingenium, quia nondum hominem noverat, *Calend. Januar. accitis omnibus Aulicorum Ordinibus & Legatis*, *Viennæ orantem Antonium intentius auscultavit*; adductosque in medium libros omnes, cunctis Proceribus & Pontificibus lexitandos dedit: postulanti missiōnem abnegavit, nec parvo quidem Picentem Rhetorem salario conduxit, faustaque Beatrici legere, pro arbitratu suo scribere multa jussit, nec non castra sequi præceperat, Scriptoribus & Philosophantibus inimica; quod cum ille invitatus facere cogeretur, ne ingrato in castrensi tumultu, molestoque otio ueteretur, oblatum sibi Philostratum tribus mensibus in latinum tran-

transtulit. Præterea an thori etiam aliquam habuerit Bonfinius solum, non memini, vel audiendo vel legendo me unquam percepisse : nec quo seculi , vel ætatis anno , quove morbi genere & quo loco ex hac vita emigrarit , ubi itidem & quomodo sepultus fuerit , compertum habeo : Seculo tamen , quinque XV. quo natus est , diem etiam suum obierit , historia ejus ad A. C. 1495. perduta conjecturæ locum aperire , haud dubium videtur.

Scripta quæ Bonfinianæ industria debentur , sunt sequentia: *Scripta.*

1. *Hermogenis Rhetorica cum Aphthonii Progymnasmatisbus latinitate à Bonfinio donatis ad Matthiam , Regem Hung. excudit Gryphius Lugduni 1538.*
2. *Symposion Trimeron de Virginitate & Pudicitia Conjugali ad Beaticem , Hung. Reginam , ex Bibliotheca Sambuci demum 1572. productum , excudit Basileæ Joh. Oporinus in 8. \* Opusculum istud Robert. Bellarminus de Script. Eccles. p. m. 246. in Indice librorum Expurgatorio interdictum esse , nullà verò interdicti hujus causa adductâ , tradidit : Antonius inquiendo Bonfinius vivebat A. 1500. scripsit Historiam Hungaricam & Commentarium de Pudicitia , sed hoc in indice Romano prohibitum est. De quo tamen libro alias ipse Bonfinius Rer. Hung. Dec. IV. lib. 4. qualis ait, Beatrix Aragonica , sponsa Matthei Regis Hung. fuerit, quicunque noscere studet , librum quem de Virginitate ac matronali pudicitia edidimus , perlegat : totam ibi intus & in cute noscere licebit.*
3. *Libellus de Historia Asculana eidem Regine dicatus. Libellus Epigrammaton Johanni Corvino , Filio Matthei Regis inscriptum , cum haut injucunda inutilique Praefatione , ubi de insituendo novo Principe agebatur.*
4. *Libellus de Corviniana Domus Origine , pariter Regi Matthei dedicatus.*
5. *Commentaria Aulii Gellii Noctium Atticarum per eundem Bonfinium recognita , Venetiis 1518.\* Cur autem Jacob. Oiselius in novissima Gellii editione A. 1666. in enumeratione eorum , qui vel bene vel male de Gellio meriti sunt , nullam prorsus mentionem fecerit Bonfinii , penetrare non possum , nisi forte opinandum sit Bonfinianæ illius Editionis penitus nescium fuisse Oiselium , virum ceteroquin in literis amœ-*

amœnioribus versatissimum. *Transtulisse etiam legitur, in ejusdem Rerum Hung. Decade IV. lib. 7. fol. 463.* 6. Herodiani *Historiarum Libros Octo: 7. & Libros Philostrati de Vitis Sophistarum, quos eidem Regi nuncupavit.* 8. *Quadam etiam in Horatium conscripsisse testatur Joh. Simlerus in Epit. Bibl. Gesner. fol. 48.* 9. *Ultra Autores hos ex Graco in Latinum conversos, Italicos quoque latine reddidisse Bonfinium c. l. fol. 461. legas licet seqq.* Addebat animum Architecturæ, quam tribus sanè mensibus Ant. Bonfinius in Latinam è materna lingua traduxerat. 10. *Imò Historiam quoque aliquam scripsisse Genuensem* Joh. Mich. Dilherrus *Diss. Acad. Tom. I. p. 583.* verbis testatum fecit seqq. Bonfinius scribit, *Venetos Forojulicnsibus* quotannis duodenos porcos, totidemque panes tributi loco indexisse, Lib. 2. Hist. Genuens. II. *Rerum Hungaricarum Decades*, cuius varias editiones forsan non inutile fuerit heic annotasse: Omnium autem prima editio hunc præ se fert titulum: *Ant. Bonfinii Rerum Hungaricarum Decades tres ad Vladislaum Regem, demum industria Martini Brenneri Biſtriensis Transylvaniè Budensis exemplaris auctorè d'Qw in lucem editæ, unà cum coronide Historie Hungaricae Michaelis Ritii, P. Callimachi Experientis, & Alexandri Cortesii, apud Robert. Winter. 1543. fol. II.* Altera editio Antonii Bonfinii Asculani, *de Rebus Hungaricis Decades III. collatione MSti Exemplaris, multis in locis emendatores, quam antea excusa.* Quibus accesserunt, jam postrema editione, libri XV. b. e. Decas IV. integra, cum *Quinta dimidia, quantum videlicet à Bonfinio ipso ejus Historiae descriptum est.* Item Appendices Rer. Ungar. usque ad nostra tempora, per Joh. Sambucum Tirnaviensem. Basileæ typis Joh. Oporini 1568. fol. III. Antonii Bonfinii Rerum Hungaricarum Decades quatuor cum dimidia. His accessere Joh. Sambuci aliquot Appendices, & alia: una cum prisorum Regum Hungariae Decretis, seu Constitutionibus, quarum narrationes Bonfinii obiter meminere & quæ pag. 16. indicat. Omnia nunc denuò recognita, emendata & aucta, per Joh. Sambucum Cef. Majest. Consiliarium & Historicum. Cum indice copiosiss. Francofurti apud Andream Wechelium 1581. Cum privilegio 10. annorum, in fol. IV. Ant. Bonfinii Historia Panno-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

85

*Pannonica*, sive *Hungaricarum Rerum Decades IV.* & dimidia libris 45. comprehensa, quibus ejusdem Regni, Populorumque origines & antiquitates, Provinciarum descriptiones, mores & consuetudines, fluminum ortus & tractus, expeditionum & rerum belli domique gestarum commentaria copiosissima ad curiosam Lectoris scientiam edisceruntur. Accedunt tractatus aliquot, seu Appendices variorum Auctorum & Rerum, una cum priscorum Regum Hung. Decretis & Constitutionibus, Auctore Joh. Sambuco. Editio hac postrema in commodiores & distinctas, clarioribus & marginalibus & illustrationibus utrobique locupletata, & copiosiori Indice rerum & verborum exornata. Coloniæ Agrip. sumptibus Heredum Johannis Wiedenfelt & Gotefridi de Berges 1690. fol. Continet 10. Alphabet. estque per columnas sibi mutuo oppositas impressa mendis laborans quamplurimis. In hac autem Colonensi Editione, sicut quidem & in priori Francofurtensi, prater tres Bonfinii priores Decades, exhibita quoque sunt 1) Ant. Bonfinii 25. libri à Sambuco reperti, 2) Joh. Sambuci appendix de *Ladislao*, *Ludovico*, & *Ferdinando Regibus*. 3) Ejusdem dua *Orationes funebres*, una de *Ferdinando I.* altera de *Maximiliano II.* 4) Ejusd. *Oratio de coronatione Rodolphi II. Posonii*, 5) Ejusd. *expositiones obsidionum Agria, Zigethi, Temesvari, Tokai, Gyula*, 6) *Contractus matrimoniorum inter Ludovicum & Mariam*, ac *Ferdinandum & Annam*, 7) *Concordia Ungarica inter Fridericum III. Maximilianum I. & Uladislauum Reges*. 8) Clades Mohacsensis Broderithii. 9) *Hungariæ descriptio*. 10) *Chronologia Pannoniæ*, *Joan. Heroldi*. 11) *Michaëlis Ritii de Regibus Ungariæ* libb. 2. 12) *P. Callimachi Experientis, Atila*. 13) *T. Corutesii carmen de laudibus Matthei R.* 14) *Abrah. Baksai Chronologia*. 15) *Gnomæ generales Sambuci de tribus summis in Imperatore virtutibus*. 16) *Regum Ungariæ priscorum Constitutiones* - seu *Decreta apprimè desiderata*, mox Indici subjecta.

*Versiones* librorum à Bonfinio editorum, præter *Decadum de Reb. Ungar. Germanicam*, aliæ mihi non sunt notæ: ea autem est *gemina*, altera enim 30. librorum Hieronym. Bonerum, altera 45. librorum Paulum Friesium habet autorem, utriusque tituli sunt seqq.

I. D. h. allermechtigsten Königreichs inn Ungern/ warhafftige Chronick und anzeigen / wie das aufgang / auf- und abgang genommen / wie auch das vilfältig anfechtung und übersall gelitten / und andern Nationen schwerlich zug. fügt/ und sich der Türkischen angriff so lang bis zu unsern zeytten so ritterlich erwert hat/ um dreyßig blücheen beschryben mitt ihren Figuren lauter anzeigen und erklärt wirt. Zu Basel bei Ruprecht Winther / im Jar M. D. XLV. Mit R. M. Freyheit inn sechs Jaren nit nachzutreden. *in fol. constat 9. alphab.* Hæc eadem interpretatio Bonfinii-Germanica , etiam Basileæ excusa est typis Joh. Oporini ; hoc. tit. Ant. Bonfinii *Ungarische Chronica*, durch Hieronym. Boner verteutsch/ fol. Stylus germanicus hujus editionis valde incultus est, ip̄ essentia non minus sua, quam orthographia. *Dedicatio* operi præmissa inscriptionem præ se fert seq. *Dem Hochwürdigen Fürsten und Herrn / Herrn Hansen Rudolff Stör/ Abt der Fürstlichen Gots- häser / Murbach und Luder ic. meinem gnädigen Herrn / erbiut ich Hieronimus Boner / Schültheie zu Colmar mein undertänig alzgent willig Dienst. II. Anton. Bonfini *Bogerischer Chroniel* 45. Bücher / verteutsch aus dem Latein durch Paul. Frisium, Nagoldanum. *Franckfurth am Main*/ 1581. bei Nicol. Roth / in fol. Est autem *Nagoldia* oppidum Ducatus Wirtenberg. ad amnem cognominem, unde Frisius iste oriundus.*

Bonfinium, inquiente *Martino Brennero in Dedic. decad. Bonfir. de Reb. Ung.* aut morte præventum , aut re quapiam gravi impeditum , arbitror tanto operi non potuisse extremam limam inducere. Quamvis enim absolutum opus, quod ad historiam attinet, undequaque sit : pleraque tamen concisa abruptaque sunt ; nisi Librariis indoctis, qui librum descripserunt, id velimus attribuere , quod etiam ipse ut credam, facile adducor. Multorum enim manus Exemplari agnoscebantur: unde furtivis & succisivis operis , aliquujus Episcopi iussu, clam descriptum fuisse, puto.

Primum itaque fuisse *Martinum Brennerum*, qui Bonfinii Decades in lucem protractas typis exscribi curarit publicis , recepta non

non minus quam vera est sententia : plures tamen quam tres eum decades edidisse, probari nequit : quam ob causam recte *Vossius de H. L. lib. 3. cap. 11.* Tres, ait, decades ex Budensis Exemplaris *avtoγράφω*, sed mendosè descriptas, multisque in locis à se restitutas, anno clo 15 XLIII. in lucem emisit *Martinus Brennerus*, *Bistriensis Transylvanus*. Anno autem clo 15 LXVIII. easdem ex collatione eodd. MSorum emendatores cum decade quarta, & quinquæ di midio publici juris fecit *Joannes Sambucus Tirnaviensis*. Non im merito igitur lege Corneliam de falsis *Morerium* quis postulaverit, quod tum *quatuor cum dimidia* *Brennero*, tum *quinque* decades Sam buco adjudicarit, in *Dictionar. voc. Bonfinius*, hac verborum series : *Ce quatre decades* & demy Martin Brenner de Besterce ou Nœsen stadt en Transylvanie fit imprimer l' An 1543. Mais en 1568. *Jean Sambus de Tirnau ou Durn en Hongrie*, nous en procura une edi tion plus raisonnable, y ajoutant même V. Livres, qui n'étoient point dans la première de Brenner. Recognitæ verò & auctæ Bonfirii decades, non alium quam *Joh. Sambucum* agnoscent au thorem, cuius quippe cura studioque, ceu hodie quidem ex legen tum oculis expositæ sunt, ultimo prodiere : qua de re conf. Præ fat. Sambuci Decadibus Bonf. præmissa.

An *Codex Decadum*, ipsius quidem Bonfinii manu exaratus, adhuc hodie alicubi supersit, asserere nequeo : ille tamen *MSus Codex*, quo *Brennerus* in sua Bonfinii editione usus est, Viennæ in Bibliotheca Cæsar. asservari dicitur. Atque hunc ipsum codicem furtivis & succisivis operis, alicujus Episcopi iussu, clam descriptum fuisse, *Brennerus* in dedicat. sua arbitratur, quippe quod multorum manus in eodem agnoscebantur. Qua ratione autem *Brennerus* Codicem hunc MS. acceperit, ipse d. l. verbis exposuit seqq. In his cum effém cogitationibus, (scil. cur neglecta esset scriptio Histor. Hungar.) non sine mente, reor, ac numine Divum, Franciscus Abstemius &c. ---

*Elogia & Censuræ de Bonfinii plerisque libris atque eruditione prolatæ:*

*Joh. Sambucus in prefat. decadib. Bonfin. prefixa: Quantum Elogia. Bonfi-*

Bonfinius ingenio, non ad hoc arguinentum modo, (scil. histori-  
cum) sed ad omnem omnino philosophiam excelluerit, *Dialogi  
ejus de pudicitia conjugali vulgo testantur, Herodianus, Hermoge-  
nes Latini*: nec vino huic opus est hedera. Præterire tamen ne-  
queo, paucarum esse gentium historias, copia & stylo pares: quanti-  
tivis alii *Fovium* suum faciunt, pronunciatorem grandem, nescio  
quam sincerum. *Ac memini. Clariss. & Consultiss. D. Seldum*, saepe  
dixisse, *nullo se in Scriptore, post Livium, & aequales ejus, quam  
ipso hoc Bonfinio, vacuas horas libentius ponere solitum.* Qui vir,  
si hæc reliqua ejus, & quæ nostris vigiliis accessere, vidisset, om-  
nibus fortasse recentioribus facile hunc antetulisset. *Idem Sam-  
bucus loc cit.* Ceterum ut Bonfinii laudes non sunt obscuræ: ita  
dissimulare neqveo, *non nihil ipsum officii sui interdum oblitum,*  
*in mores privatos & vitam, columnisse, impotentiusque effu-*  
*suum: fecus quam Livium, Sallustium, Tacitum, Svetonium,*  
*in Romanos Orbis Dominos gentemque togatam, fecisse constat:*  
*idq; fortasse redempto à Matthia judicio, & calamo ejus, quare-*  
*rum serie i nihil detrahunt.* Nec *Matthia tamen* pepercit: quem  
impudentem, voluptuosum, theatris deditum, ambitiosum, fe-  
rum, in adjungendis animis præcipitem, in relinquendis facilem,  
adulatoribus benignum, immemorem beneficiorum, ausus sit di-  
cere. Quid gravius in tantum Regem dixeris? ut mihi, æstatum  
contrariorum vitia exaggerare, more *Philosophi in secundo Rhe-  
toric.* potius, quam eis locis texere historiam voluisse, sit visus:  
quod ιζηθοποιιαις cause occasionesque bellorum facilis lectori  
patere soleant. Ac potuisse sane quædam justè liturâ inducere,  
nisi *Adversariorum* stylum & intemperantiam metuisssem, qui pro-  
ni quavis de causa, *in legem Cornel. de infam.* facile ruunt.

*Philipp. Andr. Oldenburg. Thesaur. Rerum publ. part. IV. pag.  
413. §. 32.* Inter omnes (Scriptores Rerum Hungar.) eminent  
umprimis duo, *Antonius Bonfinius*, Italus Asculanus, qui vi-  
xit in Aula Matthiae Regis Hungariæ, cuius impulsu conscripsit  
quatuor decades & dimidiam, quarum tres priores sunt editæ  
cura Martini Brenneri, reliquæ due à Sambuco. Est historia Bon-  
finii

finii sic satis doctè conscripta , voluit imitari *Livium* , & feliciter persecutus est historiam Hungarorum & Hunnorum usque ad obitum Matthiæ Corvini. Primus omnium edi eam curavit Sambucus Hungarus , Basileæ A. 1568. fol. Huic historiæ addidit Sambucus Appendix , qua res Hungaricas persecutus est usque ad Ferdinand. I. qui secundus fuit Rex Hungariæ ex Familia Austria-ca. Appendix quidem non respondet eruditioni Bonfinianæ , me-retur tamen suam laudem. Post Bonfinium est *Nicol. Istvánfius* , qui præclarè conscripsit historiam Hungaricam.

*Anton. Reiser in Epistolar. Dissert. de Atheism. p. 165.* Bonfinius Hungarorum Livius.

*Spondanus ad A. C. 1444. num. 8.* Amurathis Turc. Imp. *Censura.* verba in proelio cum Vladislao Hung. Rege prolata cum epicrisi Bonfiniana citans , existimat , hæc oratoricè magis quam verè dicta esse , voluisseque Bonfinium ornatius & copiosius referre , quod *Callimachus* , (scil. Historicus Hung.) à quo ipse sua de-promsit , breviter dixerat.

*Petr. à Reva , Comes Hungar. in Comment. Coron. Hung.* Enimverò Rerum Hung. Scriptores , ut in aliis non paucis , ita in denominationibus quoque personarum & locorum hallucinantur frequentissime , nomina aut cognomina vel intermittunt , vel etiam perperam ponunt. Bonfinius facit mentionem *Athæ Palatini* , *Ladislai* , *Waiwoda Transylvaniæ* , *Blasii Conservatoris Coronæ* , *Emerici Thesaurarii* , *Simeonis Præfecti Strigoniæ* , ut plura ta-ceam , at non apposito agnomine , qui illi fuerint , quis intel-ligat ?

*Ludov. Morerius in grand Dictionnaire Historique , voc. Bonfinius :* Cet Auteur étoit bon homme , qui disoit les choses sim-plement & sans dessein : Cela luy a pourtant attiré la censure de quelques Critiques , & Raderus , par exemple , trouve bien des choses a reprendre dans son Historie de Hongrie.

*Plura qui de Bonfinio nosse gestit , conferat Excellentiss. Dn. Prof. Dan. Gvilb. Mollerij Disputat. Circularem de Antonio Bonfinio exhibet. Altdorfj Resp. Joh. Christoph. Stemlero 1698. ubi hanc suam*

## SPECIMEN

*quoque de Bonfinio superaddit Censuram.* Ceterum Bonfinius, mea quidem opinione, exterus licet rerum Hung. scriptor, iudicii tamen non minus gravitate quam stili elegantia multos alios illarum Scriptores antecellit; nisi quod minore fere eum fide vel saltem cura, privilegia Hungarorum videri queat descripsisse, quam Istvánfius, qui præter privilegia Hungarorum egregiè descripta, ad Diætas quoque eorum, Conventus, Comitia & Collegia passim provocavit.

*Braxatoris* Johannes, *Banoviciò-Hungarus*, de Vociis Papæ etatibus Diff. Historicam, sub Præsidio Joh. Dieemann, Stadensis, publico examini subjecit Wittebergæ 1671.

*Scripta.* *Brennerus* Martinus, *Bistriiensis Transylvanus*, floruit circa A. C. 1540. primus erat, qui Ant. Bonfinii tres priores Decades, ex Budensis exemplaris *autoyeççøw* una cum coronide Historie Hungaricæ *Mich. Ritii*, *P. Callimachi Experientis* & *T. Alexandri Cortesii in lucem edidit*, quas excudit Robertus Winter Basileæ 1543. Præterea edidit etiam *Aurelii Brandolini cognomento Lippi*, Florentini, Ordinis Augustiniani monachi, mortui Romæ 1498. *Dialogum* (præter quem etiam consignavit Monachus iste Historiam eorum, quæ narrantur in Vet. Testamento: multaque Sanctorum Historias teste J. G. Vossio p. 6II. de Histor. Lat.) eeu ipse Brennerus id tradidit in Epistola rebus notatu dignis refertissima ad Franc. de Reva, Decadibus Bonfinii præmissa, his verbis: Cum anno abhinc tertio *Lippi Brandolini* ad Matthiam invictissimum Hung. Regem Dialogum edidisset, Vir ornatissime, multaque ibi de Rebus Hung. præclarè gestis occurissent, gentis nostræ exordiatacitus mecum cœpi perpendere, quibus artibus tam opulentissunam regni possessionem acquisivissent, retinuissentque &c. Plura de isto Brennero confer, quæ exposui supra voce Bonfini, p. 87

Bre-

*Breverus* Johannes Leutoviensis *Hungarus*, emensis Vitebergæ studiis academicis, mitrâ tandem doctorali à facultate insignitus, inauguralem Disputationem conscripsit, de *Fætero fævo*, quam sub Præsidio D. & Prof. Publ. Conr. Viæt. Schneideri insigni Auditorum applausu A. 1664. masculè defendit: sub ejusdem etiam præsidio Eruditorum censuræ eleganter à se conscriptam Disp. de *Athritide* 1663. exposuit: nec non *de Vita Hominis*, sub Præsidio M. Samuelis Hentschel, Facult. Phil. Adjuncti in eadem Viteberga 1661. solenniter propugnavit.

*Brodericus* Stephanus, *Sclavus*, Præf. Vaciensis, Cancellarius quondam Ludovici II. Regis Hung. Descripsit cladem funestissimam A. C. 1526. in campis oppidi Mohács commissum, in qua ipse *Ludovicus Rex* maximo omnium cum Hungarorum luctu, occubuit. Prodiit illa Descriptio Argentinæ 1588. in 8. quæ inserta etiam reperitur *Collectioni Scriptorum Rer. Germ. Sim. Schardii Tom. II. fol. 218.* ubi folio sequente 219. ait:

Cancellarii munere fungebatur *Stephanus Brodericus*, in ea *Judicia*. parte Pannoniæ superioris natus, quæ nunc peculiariter *Sclavonia* nominatur, ad eum Magistratum, ex Legatione Romana, quam tunc obibat, paucis ante mensibus accessitus, majore ad bene agendum animo, quam facultate.

*Paul. Jovius in Historia sui temporis Tom. II. Lib. 27. p. 269.* Stephanus Brodericus Præf. Vaciensis, qui præter *ingenii eruditu* vim & dexteritatem in omni rerum actione singularcm, epistolaram scrinii Regii Hungarici Magister effectus est.

*Bulyovszki* Michael, satus in *Hungaria* ex generosa & perantiqua Bulyovszkiorum de Dulicz, Comitatûs Turociensis, profapia, cognomine hoc feudi titulo universæ Bulyovszkiorum Familiaæ perpetuo jure adhærente: Theologus pius, JCtus egregius, Philosophus acutus, Mathematicus ingeniosus, Poeta expeditus, Musicus instrumentalis incomparabilis. Lingvarum Hebraicæ,

Græcæ , Latinæ , Hungaricæ , Germanicæ & Bohemicæ apprimè gnarus. Iis artibus , quarum capax prima ætas esse solet , in Patria imbutus , in Germaniam deinde studiorum maximè perficiendorum gratia profectus , primò in Vittebergensem , dehinc in Tubingensem , tandem in Argentinensem Universitatem concessit , ubi studiis quam solertissimè pertractatis , eum sibi crebrioribus exercitiis in proposito studio habitum comparavit , ut occasione quacunque oblatâ , haut impar provinciæ docendi sustinendæ videretur. Cum verò ipsi in Patriam motibus undique bellicis superiori seculo ob Turcarum invasionem & Protestantium persecutionem involutam revertendi spes omnis esset adēta , consilium cepit de functione aliqua honorabili extra Patriam , & quidem ipsa , in qua tum versabatur , Germania adipiscenda. Quapropter Oehringæ primū in Comitatu Hohenlohico fortunâ affulgente , Rectoratū ibidem munus , gratiosā Excellentissimi Comitis Hohenlohici , Domini Wolfgangi Julii collatione , eximia cum dexteritate administravit , inde famigeratissimi JCTi , Job. Georg. Kulpisi , Consiliarii Primarii intimi Seren. Ducis Virtembergici commendatione valentissima , (commilitonis utpote olim sui Argentoratensis & fautoris æstumatiissimi) Stutgardiam , urbem primariam sedemque Ducum Virtembergicorum splendidissimam evocatus , Gymnasio ibidem Ducali florentissimo Rector praefectus est. Mox nobilioribus ingenii ejus dotibus perspectis , Serenissimus Marchio Badensis linea Durlacensis *Fridericus Magnus* , dignum eum judicavit , qui Gymnasium Durlacense plurimum de antiquo suo splendore amittens , novo quasi quodam lumine illato , ad pristinum fulgorem reduceret , quod ipsum quidem tam feliciter , Dei benedictione , cessit , ut insigni juventutis emolumento , ac non minore nominis sui famâ Rectoris munus in hunc usque diem administret. Inter ceteras ingenii ejus præstantissimi dotes amplissimas , excellentior eminent *Musices peritia* , cuius instinctu atque suggestione , singulare quoddam in ea ipsa arte reperit subsidium , atque excogitavit inventum , quod accuratiorem Toni convenientiam & discrepantiam in Organo pneumatico , hactenus nondum satis observatam ac exultam:

Præ-

Præterea egregiam nominis famam consecutus est Instrumenti aliquujus musici politoni, in forma alicujus Spineti concinnati confectione, quippe quod pro diversa Musici intentione & clavium pulsatione, diversas musicorum variorum instrumentorum sonos ac concentus solet exhibere, cumque id ipsum Leopoldo gloriose memorie Augusto, quam humillime obtulisset., atque experimenta illius accuratissimis & hac in arte judicandi valentissimis auribus ejusdem Sacr. Cœl. Majestatis trutinanda commisisset, non tantum Gratia ejus Imperatoriae particeps factus, sed muneribus etiam donisque cumulatus gratiosè dimissus est. Quo quidem ingenioso & curioso de invento plura quis nosse avens, ea in Tractatu quodam germanico, ab ipso Inventore de hoc eodem Invento elaborato publicèque impresso, potest reperire, cuius titulus est : *Kurze Vorstlung von Verbesserung des Orgel-Werks.* A Fratre quoque Johanne, virtutibus Michaelis nostri Bulyovszki (cui & me ipsum, multis nominibus obstrictum ingenuè profiteor, ob eximum ejus in me favorem & varia collata beneficia, cum A. 1705. Durlaci iteratis vicibus negotiorum quorundam expediendorum causa versatus fuissim) plurimum claritatis & excellentiæ accedere, non immerito quis asseruerit ; præterquam enim quod Vir ille eruditione juxta ac fortitudine militari maximè est conspicuus, profectò munieris etiam splendidissimi, cui præest, ratione habitâ, Vice-Comitis nempe in Comitatu Neogradensi (quæ dignitas analoga est dignitati R. ttr. Hauptmann in Germania dictæ) per universam ferè Hungariam est celeberrimus. Vivunt ambo adhuc felicissimè & student ferventissimè utilitati, *Hic* quidem Literariæ, *Ille* Politicæ promovendæ. Faxit supremum Numen, ut par hoc nobile fratum, valetudine inconcussa, & virtutibus suis debita prosperitate, ad seros usque vitæ annos gaudens, commoda, tum literariæ tum civilis Reipublicæ porrò provehat atque defendat.

Scripta ejus, quæ hactenus publici juris fecit, sunt : *Hohenloici Gymnasii Hodegus Calendariographus*, cuius ductu, & Veteris & Novi Calendarii conformatio, temporumque, in annos, menses, hebdomadas, ac dies, festaque, mobilia & immobilia, aliaque

## SPECIMEN

*id genus distributio, usque ad Annum Æra Christianæ MMM. CCC.*  
*facilius, sine ullo alio magistro ac duce perficitur. Opusculum*  
*publicè, in Ecclesia, ac Politia, ad exercitationem quoque hujus*  
*argumenti scholis omnibus utile. Oeringa. 693. in 8. Speciali deinde*  
*jussu Illustriss. Domini Friderici Magni, Marchionis Durlaco-Baden-*  
*sis, in Compendium rededit; Justi Lipsii Libros Politicos, qui hoc*  
*sub titulo Durlaci 1705. prodierunt: Speculum Librorum Politico-*  
*rum Justi Lipsii, in quo illi exteriore quadam sua specie apparent.*  
*in 12. Kurze Vorstellung des Orgel-Werks. Straßburg.*  
*1680. 12. Ejusdem operâ, instituto sane curioso ac fructuoso, etiam*  
*prodierunt, IV. Monarchia, que memoria juvanda gratiâ in 8.*  
*areolas figurâ circulari, insertis ubique precipuarum historiarum*  
*& Imperantium nominibus, in una philyra patente sunt distinctæ.*  
*Præter hanc tabellam, plures alias etiam Philosophicas Tabellas si-*  
*mili modo adornatas emisit. Ceterum mea jubet pietas, & sin-*  
*gularis generosissimi juxta ac eruditissimi hujus Viri svadet humani-*  
*tas, cultum & amorem quo Eum prosequor, tridisticho testatum*  
*facere sequenti:*

Bulyovski hungarico generoso sanguine cretus,  
 Ingenio pollens, eloquioque valens:  
 Musicus excellens, cumulatus laude Poëta,  
 Philosophus præstans, Thejologusque pius,  
 Juris item gnarus, qvavis & Doctor in arte,  
 Clarus apud claros nomine reque Viros.

*Burius Johannes, Hungarus, Sacerdos quondam Ec-*  
*clesiæ Carponensis Evangelicæ in Hungaria, duobus milliaribus ab*  
*urbe montana Schemnicio Christo collectæ, Vir præter solidam*  
*eruditionem, pietate etiam ac morum gravitate, valde conspi-*  
*ciuus, temporalem cum æterna vita commutavit A. 1682. Reliquit*  
*post se insigne aliquod magnoque studio latine conscriptum Opus Hi-*  
*storia Ecclesiastica Hungarica, quod MStum, uti à pluribus Eru-*  
*ditis, exteris pariter ac Hungaris expetitum, ita opera filii ejus*  
*Johannis, Ecclesiæ Evangelicæ Neosoliensis hoc tempore Pastro-*  
*ris,*

Scri-  
ptum.

ris , plurimū adauctum , preloque paratum brevi lucem publi-  
cam , uti quidem relatum accepi , adspiciet. Iste autem *Burius*  
mortuo suo patre , Carponā Patriā relicta , Vratislaviam Silesiæ  
metropolim , studiorum continuandorum gratiâ delatus , exopta-  
tum statim Magistratū Patrocinium , indeque promanantem in-  
signem munificentiam expertus est , quippe cujus adjutus stipen-  
diis in Academia Lipsiensi , sex annis subfistens , Philosophicas  
æque ac Theologicas operas maxima cum contentionē urgere sibi  
curæ habuit , atque curriculo hoc Academicō feliciter ac ex voto  
absoluto , Vratislaviam se contulit , Nutritoribus suis pro tam-  
egregiis acceptis beneficiis gratias debitas relaturus , quibus de-  
center relatis , ob insignes in studio literario factos progressus ,  
statim ipsi spes facta de promotione ad spartam , laboribus  
suis exantlatis condignā , ferente quidem occasione , nanciscen-  
dā : Biennio igitur in spe officii alicujus obtinendi exacto , cum  
ego Agnatorum meorum voluntate , ex Gymnasio , quod Co-  
loniæ ad Spream tum temporis florebat , & cui primū anno  
1696. ex Hungaria in Germaniam studiorum excolendorum cau-  
mancipatus eram , Vratislaviam , famā florentissimi in eadem ur-  
be Gymnasii Elisabethani & Moderatoris ejusdem excellentissimi ,  
*Martini Hankii* , præcipuè impulsu , me contulisse , ex privata  
dicti Burii informatione dexterimā , integrum per anni spatium  
amplissimos ibidem me fructus percepisse , ingenuè mihi hec fa-  
tendum est. Poco deinceps elapso tempore , Neosolium , ur-  
bem Hungariæ montanam , ad officium in illius Gymnasio Recto-  
ris obeundum literis à Magistratu missis vocatoriis , is ipse accitus , id  
laudabili dissentium in doctrina successu , quinque per annos ad-  
ministravit , cumque solidior Theologiæ cognitio , & insignis ve-  
ritatis defendendæ evangelicæ παρηγορία abunde ex eo eluceret ,  
tandem ad venerabile Præconis Verbi Divini munus in ejusdem  
urbis Ecclesia obeundum promotus , eodem etiam nunc desidera-  
tam in animarum sibi commissarum salutem , singulari Dei gratiâ  
adjutus , sedulò defungitur. Præter vigilantem hanc officii sui Ec-  
clesiastici administrationem , lucubrationibus insuper quibusdam eru-  
ditis

ditis Orbi literario lucem fœnerari eum sibi proposuisse , relatum accepi , dummodo sumtus ad excudendas eas necessarios Biblio-  
pola aliquis suppeditaverit.

## C

# CAJVS VEL GAJVSI.

## PONTIFEX MAXIMVS

**N**atione *Dalmata* , patriâ Saloniensis , Vir disertissimus . Patre fatus Cajo , ex genere Diocletiani , Imperatoris Romani : In Cathedra Pontificia sedet annos 12. ab A. C. scilicet 283. ad annum usque 296. Decretali Epistolâ Ordines inter Clerum distinxit & constituit , ut per omnes illos gradus Ecclesiasticos sit adscendendum ad Episcopatum , ab Ostiario scilicet ad *Lectorem* , ab hoc ad *Exorcistam* , ad *Acolythum* , *Subdiaconum* , *Diaconum* , *Presbyterum* , ab his demum ad Episcopum . Vid. Marianus Scotus lib. II. æt. 6. p. 395. Polid. Vergilius IV. Invent. 7. fol. 325. qui tamen Lib. 2. c. 4. fol. 395. gradualem hanc Ordinum Sacerdotalium distinctionem à Sylvestro I. introduxitam fuisse contendit , sicut & Platina de Vitis Pontif. distinctionem hanc nunc *Gajo* tribuit , nempe in Vita Caji p. 37. nunc sui immemor p. 85. Donno eam adscribit . Ita autem Platina in Vita Caji : Cajus Ordines in Ecclesia distinxit , quibus tanquam gradibus quibusdam ad Episcopatum adscenderetur : Hi erant Ostiarius , Lector , Exorcista , Acolytus , Subdiaconus Diaconus , Presbyter , Episcopus . Idem Cajus (ut quondam Fabianus) Regiones Diaconis divisit , qui Res gestas Martyrum conscriberent . Constituit etiam , ne profanus quispiam sacris initiatum in Judicium vocaret , neve Paganus aut Hæreticus accusandi Christianum hominem potestatem habeat . Martyrio corona-

tum

tum Cajum vult Baronius ad Annum 296. d. 22. April. fol. 693.  
itemque Platina , inquiens : At verò Causa orta in Christianos ,  
tempore Diocletiani, tanta persecutione , quanta nunquam antea,  
in subterraneis locis , quas cypas vocant , diu latuit : captus de-  
inde à persecutoribus , una cum Gabinio fratre , ejusque filia Su-  
fanna , martyrio coronatur , & via Appia in Coemeterio Calisti  
sepelitur X. Kalend. Mai. Osiander autem Hist. Eccl. Cent. III lib.  
4. cap. 6. mortuum fuisse Cajum Pont. putat , priusquam Diocle-  
tianus Christianos persequeretur.

## CALIXTUS SIVE CALISTUS III. PONTIFEX ROMANUS.

**N**atione fuit *Hungarus* , aliàs *Johannes* dictus , primùm Monachus , deinde Abbas Strumiensis , postea Episcopus Cardinalis Tusculanus à Victore IV. Pontifice Rom. in schismate factus , & denique post obitum Paschalis III. Pont. Rom. in Schismate Romæ Papa creatus , contra Alexandrum III. A. C. 1170. imperante Friderico Barbarossa: Pontificatu autem se abdicans A. C. 1176. V. Kalend. Aug. Archiepiscopatum suscepit Beneventanum , quo ipso ad Annum usque 1178. administrato , fatis tandem concessit. *Vid. Omphrii Panvinii Chronicon Pon-*  
*tif. Romanor. p. 39.*

Ceterum haud exiguis inde splendor in universam sese exerit Hungariam , quod ex ea ipsa talis tantusque Vir prodierit , qui summum Pontificatum Romæ sustinuit : præterquam enim quod plures aliae nationes inveniuntur , ex quibus nullus planè ad Cathedram Summi Pontificis electus est , profecto uti pluribus aliis prærogativis plerasque nationes antecellit Hungaria ; ita de hac quoque Summa apud Christianos in se derivata dignitate Ecclæstica , non potest non quam maximè gloriari.

*Calmanchæus* Martinus, (alias Kalmantzius, Kalman-  
csehi, item Santa) *gente Hungarus*, ob eruditionem haut pro-  
letariam, atque insigniores quasdam animi dotes, nominis famam,  
utut Fordidam, in Hungaria consecutus. Is primò *Berkhusi* seu  
*Beregszászini* in Transylv. Sacerdos Ecclesiæ Evangelicæ, à qua  
degenerans, tandem Debrecinum in Hungariam vocatus, Calvi-  
ni errores Auditoribus suis inculcabat, imagines è templis ejicien-  
das docebat, & ut erat Vir ferocis, elati, tumidique spiritus, qui  
multa thrasonicè de se gloriabatur, & mirum in modum thea-  
tricis suis declamationibus, auram vulgi captare poterat, maxi-  
mum applausum nactus, multos secum, maximo cum Ecclesiæ  
damno in extremam perniciem præcipitabat. Quod cum haut sine in-  
genti animi dolore perciperet *Leonhardus Stakelius*, Rector Gymna-  
sii Barphenensis, eundem disputando aggressus, ea felicitate, qua *Stan-  
karum* confuderat, publicè confundebat, & claudum cum Stankaro  
in Transylvaniam etiam abigebat, daß sie bende mit ihrem Stanke  
in Siebenbürgen hupfen müsten / ut *Schæaus*, acutissimus  
Poeta in Epigrammate quodam ludit. Sciebat *Petrovicium*, Nob.  
Hung. quem antequam in hos errores inciderat, ad saniorem men-  
tem deduxerat, ut ejurata Papistica Religione, se Evangelicorum  
cœtui adjungere non dubitarit, sibi favere, ejus ergo patrocinio fre-  
tus *Calmanchæus*, Claudiopolim divertebat, ibique multis seduētis,  
inaudita quædam perpetrabat: Unicum non omittendum puto.  
*Extrahebat ex immunda hara porcorum linstrem in plateam publi-  
cam, infusaque aqua infantes adductos, pessimè, alias utilissima  
Christianorum phrasí, HÆC EST LIBERTAS CHRISTIANA,  
applicata baptizabat. Plura de eo vide in Histor. Eccles. Transylvan.  
Georgii Haneri p. 222. & 226.*

*Carolinus Petrus, Hungarus*, Pastor Varadiensis Eccle-  
siæ Evangelicæ, cum quo Andreas Dudithius, crebrum de rebus in  
Theol. arduis, sustinuit commercium literarum, quarum aliquot  
reperiuntur inter Epistolas Dudithii typis expressas. *Conscriptis eru-  
ditam*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

99

ditam & perspicuam explicationem orthodoxæ fidei de uno vero Deo, *Scripta.*  
 Patre, Filio & Spiritu S. aduersus blasphemias Georgii Blandratae &  
 Francisci Davidis errores, libris duobus comprehensam. Vitebergæ  
 1571. 8. Scripsit etiam *Confutationem omnium heresium & errorum*  
*qua sparguntur à novis iſtis Arrianis*, teste Simlero in Ep. Bibl.  
*Gesn. fol. 555.*

*Cassius* Bartholomæ. natione Dalmata, patria Curiensis,  
 P. S. J. & Missionarius ad Turcas, Collegii Regnensis Rector: deinde  
 Pont. Rom. Urbani VIII. ad S. Petrum in Vaticano Pœnitentiarius:  
 Scripsit bono suæ patriæ: *Institutiones Lingua Slavonica Lib. II.*  
 Romæ Typis Zannetti A. 1604. in 8. Et lingua Slavonica *Chvale Duchovne*, h. e. Laudes spirituales, Versu. Od molitve koya se ciny  
*pametyu*, seu , de Meditatione. *Piesni Duchovne pedeset Dalmatinski* i. e. Psalmi quinquaginta. *Nzuk karſtyanski kratak*, seu  
 Doctrina Christiana brevis , Roberti Bellarmini. *Historie Loretane Diela dva*, h. e. Historia Lauretanæ Lib. 2. Romæ typis Zannetti  
 1607. 8. *Xivot S. Ignatii Skrachieni*, sive Compendium Vitæ S.  
 Ignatii. *Perivoy od Dieufsta*, h. e. Hortus Virginitatis, in quo ni-  
 mirum describuntur Vitæ 25. Virginum, Typis iisdem 1625 8. *Zar-*  
*calo Nauka Karſtyankoga od Iſponieſti*, y od Priceſtena , i. e. Spe-  
 culum Confessionis, collectum ex variis Auctoriibus. Ibidem 1631.8.  
*Xivot S. Franceska Saveria apostola od India*, sive Vita S. Francisci  
 Xaverii Apostoli Indiarum. *Xivot Svanascega Iſu Karſta*. Vita Do-  
 mini nostri Iſu Christi. Romæ. 1638. 8. *Piesni od Pokvala Baxyik.*  
 Hymni Breviarii Pii V. & Clementis VIII. *Rituale Romanum*, Ur-  
 bani VIII. Pont. Max. jussu editum Sclavonicâ lingua. Romæ ex  
 Typographia Sacr. Congreg. de Propag. Fide A. 1670. 4. nomine  
 suo Præfationi addito. *Evangelia & Epistolæ Missalis Romani*,  
*lingua eadem*. Romæ 1641. fol. Vid. Alegantii Bibliotheca Scripto-  
 rum Soc. Iesu. fol. 56.

*Cepio* Coriolanus, Dalmata, qui Scodræ (ea Albaniæ re-  
 gionis caput est) degebat A. C. 1478. cum illam, sed irrito conau

*Scriptum* Muhamedes obſideret. Descripſit Libris III. res gestas Petri Mocenici Veneti Imperatoris , ejus , qui poſtea ſeptuagesimus Venetorum Princeps fuit , cum anno uno , mensibus duobus Rempublicam gubernasset , anno obiit 1475. Menſinit operiſhujus etiam Cuspinianus in Austria ſua de Imperatoribus . Basileæ autem prodiit , cum aliis quibusdam 1544. *Vid. Veffius de Hift. Lat.* p. 568.

*Chartuitius* ſeu Chartuitus , Episcopus Hungarus , ſeculo P. N. C. undēcimo. Hic in literas reuulit Vitam S. Stephani , primi Regis Hungarorum , qui genti ſuæ ad Religionem Christianam præiverat. Eam dicavit octavo Regi Ung. Colomanno , qui imperare coepit A. C. 1095. atque obiit 1104. Habes hanc Vitam in *Surianis Collectaneis* ad 20. Aug. nec non in Jacobi Bongarsii Collectione Hung. rerum Scriptorum. Mentio item fit illius *Vitæ in Annalibus Eccles. Caf. Baronii ad A. C. 989. 1000. & 1002.*

*Scripta.* *Chladni* Georgius , Trentschinio- Hungarus , prodiit ipſius operâ libellus hoc cum titulo : Inventarium Templorum , continens Res eas, quæ in Templis , & extra illa ſunt , cum Dedicatione & Encæniis , in hanc formam ex variis Autoribus collectum , ac Approbatione & Permissu Maxime Reverendæ Facultatis Theologicæ Acad. Lipsiensis , editum à Georg. Chladni , q. V. D. M. & Pastor Metallic. ad D. Johan. vulgò Berg. in Agro Aurifero Cremniciensi in Hungaria; nunc Exule quinquennali , Gorlicii , 1679. 12. Nuptiarum neglectarum Bona. das ist : Hochzeit- Straffe oder wie und mit welchen Land- Plagen die Verachtung der Geiſl. Gnaden- Hochzeit / und derselben Diener / Gott in ſeinem Zorn gemeiniglich zu beſtraffen pfleget : Nach Anleitung des Textes Matth. 22. v. 7. im Jahr Christi 1675. in der Fürſtl. Sächſiſchen Residenz- Stadt Merseburg / in einer Mittag- Predig erkläret von Georg Chladni --- Merseburg gedruckt 1675. 4.

*Chladni*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

101

*Chladni* Martinus, *Hungarus*, typis subjecit Dissert. de *Scripta Ecclesiis Colchicis*, earumque statu, doctrina ac ritibus, cum Præfatione Conradi Samuel. Schurzfleischii, Vitebergæ, impensis Christ. Theophil. Ludovici 1702. 4. Item Epistolam de Abusu Chymiae in Rebus Sacris, ad D. Theoph. Wernsdorffum S. Theol. P. P. quæ ad calcem prioris Dissertationis adjecta est. Item Dissertationem de Dipptychis. Item der Verklärte Jesu oder 12. Betrachtungen über die Historie der Verklärung Christi. Leipzig 1707. 8.

*Chrysogonus* Laurentius, *Dalmata Spalatensis*, P. S. *Scriptum J. obiit 1650. d. 24. Martii ætatis 60. Struxit*: Mundum Marianum, seu Mariam, speculum Divinitatis, & Mundi cœlestis, Tomis II. Vid. Witte in Diario Biogr. A. 1650. d. 24. Martii.

*Colosvári* Johannes, *Hungarus*, Ord. Prædicat. Episcopus olim Csanadiensis, fuit Ablegatus Regni Hungariæ, anno 1562. ad Concilium Tridentinum. Vir præclara eruditione atque doctrina.

*Comuleus* Alexander, gente *Sclavus* P. S. J. pro suæ nationis hominibus scripsit, & edidit Romæ typis Zanetti 1606. 12. *Speculum Confessionis*, lingua Sclavonicâ, in qua etiam doctri *Scriptum nam Christianam* Roberti Bellarmini transtulit. Obiit Ragusæ d. II. Julii 1606. Vid. Alegambe Bibl. Script. Soc. Jesu fol. II.

*Cordatus* Conradus, *Hungarus*, S. Theol. Doctor Evangelicus, Verbi Divini Minister, circa annum 1526. Budensis in Hungaria, deinde cum hinc esset pulsus, Stendaliensis in Marchia. Vid. Joh. Moller Homonymoscopia p. 848.

*Cortesius* T. Alexander, *Dalmata*, edidit Orationem *Scripta in Epiphania Domini*: & panxit carmine Epico laudes bellicas Matthiæ Corvini, Hung. Regis A. 1531. quæ leguntur in Historia Hung. Ant. Bonfinii à folio 892. ad fol. 914. *De eo Janus Duza in*

*Elogium.* *Pref. altera Annulum Batavorum, quos carmine reliquit, ita scribit: Post annos aliquot Seculis interiectis natus Alexander Cortesius, vel hoc ipso commendandus, quod intermissam res gestas versibus scribendi consuetudinem novâ laude reparavit, in illis Regis virtutibus celebrandis, cuius magnitudo maximorum Poëtarum vires facile exhaustire potuerit.*

## MATTHIAS CORVINUS

*Cognomento MAGNVS*

Rex Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Raimæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque: necnon Silesiæ & Lucen-burgensis Dux, Marchioque Mœraviæ & Lusatiaæ.

*Matthias Corvinus* omnis virtutis atque elegantiae studiosus, bello & pace summè clarus, quo nemo à multis seculis (judicio quidem J. Lipsii Cent. I. ad Belg. Epist. 205) melior, prudenter, militiâ clarior aut felicior, & addam, veterum rerum ex Principum censu, doctior fuit, patre prognatus est terrore illo Turcico, *Johanne Hunyiade Corvino*, Vaivodâ Transylvaniæ, Duce copiarum Ladislai Regis Hung. ingentibus contra Turcas victoriis A. 1442. & 1443. inclyto, post Regis autem illius obitum Regni Hungarici Gubernatore felicissimo, Turcarum domitore invictissimo, quorum Cognominum *primum* accepit ab arce *Hunyad*, in extrema Transylvaniæ ora, *alterum* verò à vi-  
co, in quo natus est, ut communis haec tenus opinio tulit. Li-  
cet *Auctor Anonymus Sine & Europe cap. 37.* cognomen hoc indi-  
tum ei fuisse purer à corvo, qui annulum sponsalitium matri ejus  
*Elisabethæ*, ex antiquissima non minus quam generosissimâ *Szilá-  
gyiorum* ab *Horogzög*, Nobilium Hungariæ prosapia satæ, eripue-  
nt, sagittisque impetus, iterum dimiserit, qua velut nota na-

Mat.

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

103

Matthias postmodum à Patre Johanne Hunyiade fuerit agnitus. Cujus rei fidein fecit ipse, Corvini cognomine adoptato, & numero aureo cuso, (quem corvinum, vulgo Rubler Ducaten vocant) cuius clypeo inseruit corvum rostro annulum tenentem. Accessit supersticio popularis, ut in difficillimo nisi laborantibus, per Hungariam hodieque applicentur ducati illi ad crura, vulgoque creduntur opitulari multum. Sed quicquid de eo sit, Matthias, postquam fratri Ladislao caput ense rotatum, captus, Viennam deduxerat, & in vincula conjectus fuit, tanquam conscientius insidiarum, quæ Regi pararentur. Mater vero hujus, heroici certè animi fœmina, & flentibus lamentisque fœmineis haut indulgens, arma contra regem sumpsit, Turcarum etiam auxilium, nisi res Procerum interventu composita fuisset, imploratura. Sed priusquam Matthias noster ex pacto dimitteretur, rex subita morte extinctus, anno 1457. noster Pragam migravit quem Georgius Podiebradius gubernator in custodiam recepit. Interim Hungari avorum Corvini nostri, optimæ semper de Hungaria meritorum, memores, instinctu potissimum Michaelis Szylagyfi avunculi, regem illum elegerunt: & numeratis Georgio quinquaginta millibus aureorum redimunt, qui etiam filiam suam ei despondet, qua extincta, aliam thori ac regni sociam sibi adjunxit Beatricem Aragoniam, Ferdinandi regis Siciliæ filiam, ex qua nullos liberos suscepit. Itaque noster solenni pompa Albæ Regaliano 1464. coronatus, undus atque proclamatus, ita se regem præstít, ut Mahumedes II. ob virtutem felicitatemque bellicam inter Christianos potentes, eum solum Principis nomine censuerit dignum. Neque enim eo regnante deerat regno consilium, missis asylum, stipendia militibus, clementia subditis, solatium desertis. Et vero jam ineunte juventa statim plium, bonum, felixque ingenium Hungariæ spopondit, ac talem belli & pacis arte clarum futurum regem, quallem antea cognitum habebant. Imo adhuc adolescentulus, cum audiret Músicos patrios sonare Poëmata de prætiis & laboribus Rolandi vel Theodorici Veronensis, cum gaudio & animi alacritate exsiliit, & gestus pugnantum,

mani-

## SPECIMEN

manibus ac pedibus expressit, in eaque intentione sèpè magnam partem diei, oblitus cibi potusque, immoratus fuit. Ideo-que & Parentes optime de illo sperabant, & *Johannes, Cardinalis Legatus Pontificius*, qui illà ætate laudem sapientiae habuit, palam dixit, se in hoc puero virtutem & fortunam regiam mani-festè deprehendere. Præter singularem militarem, & legum disciplinam, Philosophiaæ etiam, & astris plurimum operæ na-vavit Matthias, cœli naturam rimatus est, ut nihil ferè nisi consulto horoscopo aggrederetur. Doctorum virorum amator & cultor fuit eximius, quos è regionibus diversis convocabat, æsti-mato illo: *Quicquid humani generis floris est, habere curiam decet*: & revera constat, probatorum virorum judicio, Matthiæ Regis tempore, nullam in toto orbe Christiano Regiam frequen-tiorem doctis hominibus fuisse, quam Hungariam. Sane *Johan-nis Mülleri*, alias *Regiomontani* dicti, Ephemeridas, Matthias tanti fecit, ut ob inscriptionem illarum, Autorem 800. aureis nu-mis donaverit, eundemque eruditorum colloquiorum causa men-sæ contubernio adhibuerit. Budæ Bibliothecam ex latinis & græ-cis voluminibus, ex media Græcia congestis, ingenti sumptu com-parata habuit amplam & bipartitam, à primis rudimentis us-que ad caput omnium scientiarum, per capsulas, & locos ordi-ne distinctam: quæ post occidum quidem ad Mohács *Ludovicum*, majori ex parte rabie Turcarum dilanata fuit, hodie tamen haud ignobili ejusdem librorum numero partim Bibliothecæ Vindobo-nensi Cæsiæ, partim Gvelferbytanæ illato. Nec ignorabat pru-dentissimus ille Rex, splendorem quoque Regem decere, ut ful-geat Majestas à superis constituta terrenis ornamentis: hinc forum Budæ præcellentium artificum tabernis exornarat, qui ex Italía præsertim certis invitati præmiis Budam confluebant. Regia enim Budæ veræ virtutis domicilium, perpetuique splendoris ho-spitale diversorum cunctis gentibus patebat: quandoquidem vin-cere hostes, & scribenda facere, & virtutem liberaliter exor-nare, Regiæ fortunæ proprium munus esse duceret. A. 1459. in-tercessit ei bellum cum Friderico Rom. Imperatore, quod deinde sub-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

105

subsequentibus annis subinde solitum est recrudescere. Retinebat enim *Fridericus* coronam Regni Hungariæ , qvam olim unà cum puerō miserat ad eum mater *Ladislai* , & habebat studia aliquorum Procerum , qvi ipsi faciebant spem de regno : copiæ etiam Cæsaris hoc anno fuerunt viētrices. Motus tamen sedati sunt & Cæsari multæ factæ promissiones. Hâc illustri fama Christianorum Regum florentissimus cum vigeret , & jam Viennæ quinqvennialum regnaret , ibique per Legatos ultro citroqve missos , pax inter ipsum & Imperatorem tractaretur , qvam ad certam diem Imperator & Rex præsentes ratam & firmam haberent , sacramentoqve confirmarent , inter plurimas Legatorum gratulationes , vota , laudesqve victoriarum , ac triumphorum , ex communī fama , Apoplexia A. 1490. correptus , mense Martio , qvi à Marte ita dictus , ipso die Martis , ante festūm Paschæ , Martialis iste Rex mortuus est. Mortui eo quoqve die Leones omnes , qvi Budæ detinebantur : post Calendas verò Januar. dieti Anni , cœlum in Hungaria intonuit : Danubius insolenter post obitum ejus excrevit , multos pagos & accolias urbes inundavit , ut extincto Regni Propugnatore Hungariam à Turcarum incursu tueretur : Nulli eo tempore corvi , qvi Corvinæ domûs insignia referunt , Budæ suspecti sunt ; contra Albæ , ubi Regum Hungariæ monumenta sunt , tanta corvorum mutuò inter se crocitantium multitudo spectata , ut omnes hinc mortem Regis facilè hariolarentur. Alii longè ex diversis causis mortuum scribunt Matthiam , & titulum mortis illatæ , alii aliis rebus tribuunt. Corpus ipsius Viennâ in Albam Regalem translatum , ibique in Regum monumento sepultum. Processit autem funerationis Matthiæ Regis ceremonia , modo seqventi , qvam propter veterem Regum sepeliendorum ritum breviter attingere placuit. Clerus funale accensum gestans ordine præcedebat , qvem secuti Regii cubicularii , cum ceteris aulicis funeralia portantes , mox & viri ex regiis purpuratis testi armis , & eqvis cataphractis insidentes , panno sericeo ferreum equorum speciem ad terram promissio tegente , qvi aurata Regis vexilla per terram trahebant. Post hos Proceres circumstantes

O

fere-

fererum, purpurâ auro contextâ opertum, post qvos Antistes quidam Italus cum Præfibus. Hoc ordine ad ædem D. Virginis solitam Regum sepulturam progressum est, ubi corpus Matthiæ sedecim ante diebus facuit nudâ humo conditum. Nam Regium sepulchrum, qvod magnificâ operâ extrui curaverat, nondum erat perfectum. Fererum in eum locum delatum, ubi testudo illa artifiosa instructa erat, cum vexillis ibidem affixis. Antistes Albensis officium in templo faciebat: Episcopus Noceranus funebrem Orationem habuit, Regis donaria illi Ecclesiæ donata, supra quam viginti millibus aureorum estimata sunt: omnes vestes sacerdotales sericeæ unionibus intertextæ. Ferdinandus Neapolitanus Rex sacer, & Ragusa Dalmatiæ Civitas quoque justa Matthiæ persolverunt. Majestatem nominis Magni istius Regis tali celebravit posteritas disticho:

Corvini brevis hæc urna est, quem magna fatentur  
Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem.

*Aliud in sepulchro ejusdem:*

Matthias Regum specimen, & gloria Martis

Hic jaceo fortis, obrutus ante diem.

Qui domui Reges, populos, fortisqve Bohemos

Invasi solus, qui timor orbis eram.

Cæsare de gemino fateor duxisse triumphum,

Alter Germanus, Turcicus alter erat.

Ex variis Historicorum monumentis, veluti ex Petri de Rebus Centuriis De Monarchia & S. Corona Regni Hungarici, Ex Annalibus Silesiæ Joach. Cureau: ex Elogiis Virorum bellicâ virtute illustrium Pauli Jovii. Huc instar omnium tamen facit Hist. Hung. Ant. Bonfinii: item Galeottus Martius de Dictis & Factis Matthiæ Regis Hung. Conferri præterea meretur etiam Balth. Exneri Valerius Maximus Christianus. Consule quoque infra vocem Szilágyi (Mich.)

De thesauro vero Matthia librario inestimabili, sive celeberrima ejusdem Bibliotheca, notitiam, si non plenariam; tamen fatis fructuosam præbet elegans eruditissima Epistola Julii Pflü-

*Pflugii*, Eqvitis Saxonici, Jenæ 1688. die 26. Junii scripta ad Perilustrem atqve Generosissimum Vitum Ludovicum à Sekendorf, Equitem Franconicum, Dynastam in Oberzen & Muselwitz: Virum de utraque Republica meritissimum, præter fata Bibliothecæ Budensis, librorum quoque in ultima expugnatione reperitorum catalogum exhibens, constans 5½ phyliris: Item Joh. Alexander Brassicanus JCti, Epistola, ad Christophorum à Stadion Episcopum Augustensem, de Bibliothecis, cum primis Regia Budensi, Viennæ A. 1530. die 1. Martii exarata, constans 5. plagulis in forma 4ta. Istæ autem Epistolæ ambæ nunc insertæ reperiuntur libro cuius titulus: Joach. Joh. Maderi de Bibliothecis atqve Archivis Virorum clarissimorum Libelli & Commentationes. Cum Præfatione de Scriptis & Bibliothecis Antediluvianis, cuius secundam Editionem curavit J. A. S. D. Helmstadii 1702. 4.

Anno 1708. mense Martio, Jenæ eruditam Dissertationem Historicam, de Johannis Hunyadi, sive Corvini, Hungariæ Gubernatoris felicissimi (Patris scilicet Magni Matthiæ Regis) Ortu & Nativitate publicè defenderunt: Præses M. Joh. David Baierus, Respond. Carolus Christianus Besser, Lissenæ-Osterlandus: in cuius Cap. I. exhibet scriptores nonnullos, qui Joh. Hunyadi historiam pertexuerunt, suntque Ant. Bonfinius in Historia rerum Hungaricarum, Mich. Ritius in libris 2. de Hungariæ Regibus, T. Alexander Cortesius in carmine de laudibus Matthiæ Corvini, Æneas Silvius, Philippus Callimachus in historia Vladislai Regis & clavis Varnensis, Franciscus Comes de Nádasd in Mausoleo regni Apostolici Hungariae, quo non Ducum solum primorum, sed & Regum, ad Ferdinandum usque IV. effigies æri incisas exhibet, vitasque simul inscriptionibus argutis complectitur. II. fabulosas de Joannis Corvini ortu traditiones recenset ac refellit. Ajunt nempe, referente Bonfinio, Sigismundum Romanorum Imp. in Transylvania agentem, cum ingenua venustissimaque Valachi cujusdam nobilis puella concubuisse, hanc tertio è se mense repetitam, gravidam deprehendisse, donasse magnificè, ac symboli loco annulum reliquisse, mandasse, ut, quicquid pareret, dili-

genter aleret, educaretque, educatumque ad se cum symbolo mitteret. Hanc deinde ample dotatam Valacho haud quaque dignibili, mox detecto facinore nuplisse, qui, ob dotis amplitudinem & ingenui stupri gloriam, oblatam a puella conditionem minime recusavit. Scitum & elegantem hinc puerum in tempore fuisse editum, quem mater Joannem appellavit. Quem infans in matris gremio jaceret, advolasce corvum, & annulum symboli loco datum abstulisse. Parentem ingenti dolore correptum virum subito exorasse, ut corvum insecataretur, & annulum recuperaret, ne pueri spes magna inauspicatae avis perderetur. Virum tandem confosso sagittâ corvo annulum recepisse. Joannem eximiæ deinde pulcritudinis adolescentem, materno iussu ad Sigismundum venisse, & ostendisse annulum: recognito Regem annulo prædiis ac villis eum amplè donasce. Sed meras has esse traditiones, Autor monstrat, quibus referendi, Bonfinius aliquique, nullam adhibuerint fidem; additque cum ratione temporum traditionem non congruere, siquidem Hunyadum anno circiter 1402. natum fuisse, ex sedula annorum connumeratione colligatur; Sigismundum vero aliquot ante & post annis Transylvaniam non intrasse, quem tum captivum Hungarorum conjurati tenuerint. Contradiccionem manifestam apparere in Ziegleri Theatro Temporis, qui fabulam ex Bonfinio repetens primum dicat, Joannem à Sigismundo, paucis vero interiectis lineis a Valacho conceptum. Sigismundum procul dubio non tantum prædia ac vilias, sed ampliores provincias pueri fuisse daturum, ut bene Bonfinius notat: *quod si inquietus, vera haec fabula fuisse, quis ambigat, Sigismundum, profusissima prodigalitatis Imperatorem, non solum agro, sed regno, cum virili prole careret, hunc esse donaturum?* Reliqvas five dignitates, five terrarum possessiones, quas adeptus est Corvinus, non certe ex Sigismundi potuisse habere munificentia, utpote quas, defuncto demum illo, partim benigna fors adjecerit, pariam proprius ipsis labor ac fortitudo conquisiverit. Autorem vero hujus figmenti facit Ciliæ Comitem, qui locum Hunyadis optavit, nec post electionem ab eo pro-

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 109.

promissum acceperat aurum &c. qvod Germani , suaptè naturā Hungaris infensi , ne Corvino sanguine , ut gentilitia corvi insignia testabantur , natus esse videretur , arripuerint , & latius domi forisqve profeminaverint. III. in genuinam Hunyadis originem ac familiam inqvirit. Statuit autem , hanc a Corvinis Romanis , cuius autor Marcus Valerius , Corvi seu Corvini nomen adeptus a duello , qvod cum Gallo qvodam procero iniit , in qvo corvus repente in galea ejus consedit , & qvotiescunqve certamen initum est , levans se alis , os oculosqve hostis rostro & ungibus appetit , donec Valerius Gallum prodigo territum obtruncaret. Ex hisce Corvinis ortus fuit Vispanius Messala Corvinus , qvi , Tacito teste , Pannonios Moesiosqve sedavit , atqve ita Corvinorum nomen in provincias Daciæ vicinas transtulit. Imo Bonfinius probat , Corvinæ gentis vestigia inter Pannones Dacasqve jam ante exitisse , cum Marcus Valerius Messala Corvinus , gentes istas , jubente Augusto , debellarit , indeqve *provincia Valeria* , qvæ *Danubium inter Dravumqve jacet* , ab hoc *Valerio Messala Corvino nomen acceperit*. Qvin & regionem qvæ *inter Dalmatiam & Pannoniam sita est* , a *Messala Corvino Corvaciam nominari* , idem contendit ; præterea prope *Theutoburgium Corvacum oppidum à Corvinis* , fortè per colonias illuc translatis , *edificatum* , ex fide dignorum lectione annalium affirmat. Succendentibus temporibus nunquam defuisse apud Pannonas , qvi de Corvinorum prognati essent semine , luculentis testimoniis statuminat Bonfinius ; qvæ inter non ultimum , qvod sua adhuc ætate in Transylvanis superfuerit pagus , qvem *Corvinum* dixerint. Hoc natum fuisse Joannem , & ab hoc qvoqve & antiqvis progenitoribus appellatum fuisse Corvinum , testatur idem Bonfinius ; & patre qvidem *Buthone* , Valacho nobili , ex Romanis superante colonis ; matre *Elisabetha Palæologa* , natione Græca , veteri atqve imperatorio sanguine creta. Johannes Cuspinianus autor est , Joannem Corvinum natum fuisse in oppido seu vico Transylvaniæ *Hunyad* ; cuius tamen autoritatem Noster illa Bonfinii facile eludit , fassus interim , vicum illum *Hunyad* inter reliquias .

prædiorum referendum esse , qvibus à Sigismundo Imp. ob præclaras facinoras donatus fuit Joannes , qvæque *Hunyadica* tunc dicta. Et ab his prædiis facile cognomen Hunyadiis , præter Corvinorum gentilitium , ipsum habere potuisse , concedit ; unde verò Hunyadicorum nomen prædiis illis impositum , an ab Hunnis , an aliunde , nihil referre existimat. Corvum in insignibus qvod attinet , eum , teste Bonfinio , etiam jam gestarunt Matthiæ Regis Majores. T. Alexander Cortesius ejus originem refert ad somnium *Elysæ Sylägyie* . qvæ Joannis Corvini Hunyadis conjux , & Matthiæ Regis mater fuit , quæ gravida sub qvercu recubans viderit corvum , elapsum dígito annulum surripientem , inqve qvercum provolantem , sed ex arboris cacumine annulum cum gemma in sinum prægnantis dejiciens. Ge. Andr. Schmidt , fortè ex antiquo Hungariæ Chronico refert , corvum aliquando Matthiæ Regi abstulisse pulcrum annulum , Regem verò prehenso arcu furem in medio volantem aëre sagittâ trajecisse , ut una cum annulo deciderit in terram. Noster interim , qvod aliis haud insolens est Principibus , id à Matthia qvoqve factum esse , autumat ; nempe quod augmentum aliquod insigni suo adjecerit , annulum , corvi gentilitii rostro contentum , singulari qvippe adductus casu , cuius ita servare memoriā voluit ; sive is somnium à Cortesio enarratum , sive tandem furtiva fuerit annuli ablatio à corvo domestico , aut alio , perpetrata. Literis Wertherianis , 3<sup>1</sup>. pl. in 4.

*Coryli* Samuel , ex Comitatu Hung. Turociensi oriundus , Philosophiæ Magister , & Poëta Laur. Cæs. Officio Ecclesiastico in Comitatu Schvarzburgo-Sondershusano præfensus , in hunc usque diem eodem , insigni cum animarum salute , vigilanter defungitur. Per id tempus verò , qvod in florentissima Thuringiæ Academia Jenensi literis impendit , seqventia eruditioñis suæ atque solertia edidit specimen :

*Reginam Austri ex I. Reg. c. 10. v. 1. & seqq. quam in forma Disput. publicæ , præcunte Joh. Andr. Schmidio , Philosophiæ Prof.*

## HUNGARIAE LITERATÆ.

III

*Prof. Publ. Autor & Respondens stitit Jenæ 1693. in 4. Diss. Theol. Scripta. de Impossibilitate redditus in gratiam Dei, semel amissam. ex Hebr. c. 6. v. 4. s. 6. quam in Academia Jenensi Preside Valentino Velthenio S. Theol. D. & P. P. publicæ doctorum ventilationi proposuit A. 1697. in 4. Disput. Physicæ de Corylo Jobi ex Genes. c. 30. v. 37. 38. 39. quam benignissimo inclita Facultatis Philos. industu, is ipse Praeses, respondente Christoph. Henr. Wenzelio, Benkensteiniensi-Cheruscō, exhibuit, Jenæ 1698. 4. Præterea Bajerum Erotematicum emisit, sub hoc titulo: *Gvili. Bajeri Compendii Theologie Positivæ Synopsis, per succinctas & intellectu faciles quæstiones, ubi omnes termini Philosophici exterminati, non solum ad usum SS. Theol. Studioforum, sed etiam scholasticae Juventutis ita adorna- ta, ut nihil eorum, que ad fidem & salutem creditu sunt nece- saria, queque in B. Autoris Compendio prostant, sit omissum, sed id passim etiam dictis Scriptura Sacra confirmatum &c.* Lipsie 1708. 8.*

*Csipkés* Georgius, *Faurino-Hungarus*, SS. Theol. in illustri olim Gymnasio Debrecinensi, Doctor & Professor clarissimus, atque Ecclesiæ in eadem urbe Calvinianæ Antistes zelosissimus. Condidit: *Scholam Hebraicam in usum Scholarum Scripta. Debrecinensium, Trajecti ad Rhen. 1654. 8. Hungariam illu- stratam, sive Explicationes lingue Hungaricae, ibid. 1655. 12. Disputationem de Bis mortuis. Philosophiam Hungaricam. Et complures Conciones à se publicè habitas, in Hungaria impres- sas. Stephanus Eszeki, in Dedicatione, libello suo cuius titulus: Pri- ma Veritas defensa, premissa, sequenti modo laudat Csipkésium: Elogium.* Tu etiam, Clarissime Doctor Comarine, non contentus apud tuos diu Scholasticæ Juventuti, ut & hodie Ecclesiæ, cum laude & gloria, cumque multorum applausu præesse, multorum in Academias Belgicas promotionis Auditor fuisti, & hodie adhuc contendis.

D. Dal-

## D

*Scripta.*

*Dalmata* Hermannus, vertit in Latinum sermonem ex Arabico, de Generatione Mahumedis & nutritura ejus Lib. I. Item Chronica mendoza & ridiculosa Saracenorum, de Vita Mahumedis & successorum ejus. Joh. Oporinus impressit Basilea cum Alcorano A. 1546.

*Dalmata* Julius, A. 1460. vixit, & Tract. de Animæ potentis conscripsit. Vid. G. M. Königii Biblioth. Vet. & Nova.

*Judicium.*

*Dalmata* Trypho, ob surreptos sibi quingentos aureos, mœrore obiit. Erat Philosophus & Poëta acutus, ingeniosus & tersus. Pierius Valer. de Inf. Lit. p. 161. affirmat: suam ætatem rarissimos habuisse, quos Latinarum Græcarumque cognitione Tryphoni conferre posset. Addit, ipsum Timonico fuisse ingenio, adeo ut humanum genus omne evitaret, nulliusque contubernium ultra triduum ferret.

*Scripta.*

*Dalmatinus* Georgius, patriam habuit Slavoniam: Vir orientalium lingvarum peritissimus, S. Biblia ex fontibus in Slavonicam seu Vandalicam transtulit lingvam, excusa Vittebergæ, typis latinis A. 1584. in 4. Titulus illorum est seqvens: *S. Biblia, to gest, Svetu Pismu, Stariga, inu Noviga Sakona, Slovanskij tolmacena, scisi Juria Dalmatina.* Atque hæc omnium prima est in lingvam Illyricam S. Bibliorum versio, unde etiam factum est, ut religiosissimi hujus viri operâ, Verbum Domini ad istud usque tempus quasi sepultum, Genti illi diffusissimæ in lingva sua vernacula patefactum, majus lumen præberet ac inferret.

*Dalmatius vel Dalmatianus*, Episcopus Cyzicenus, interfuit Concilio Ephesino, scripsitque acta Concilii Niceni.

ni. NB. Alius etiam hujus nominis fuit, *Eremita* vulgò dictus, qui cum per 48. annos in cœnobio suo delituisse, prodiit, ut Nestorio se opponeret, condemnatione ejus auditâ vehementer lœtatus A. C. 431.

*N. Damasus, Hungarus, in Jure qvædam scripsit, qvæ Brocardorum nomine insignivit, in qvos libros correctiones edit Barthol. Brixiensis. Simler. in Epit. Bibl. Gesn. fol. 154. Scripta etiam pro religionis Catholica pace & Concordia ad Germanos A. 1558.*

*Davidis Franciscus, natione fuit Hungarus, munere ac dignitate Superintendentis, sive Episcopus Unitariorum in Transylvania: Vix crepundiis valedicens, statim literarum rudimentis qvorum capax ætas ea esse solet, patro in ludo haustis, tam laudabiles deinceps sub fideli Præceptorum suorum ductu fecit progressus, ut celeriter non tantum coætaneos ingenii gloriâ antecelleret, sed egregiâ qvoqve indole suâ plurimorum vota præcurreret. Unde factum etiam est, ut, subsecuto tempore, se & studia sua sacræ destinans Theologiæ, os prius linguis necessariis, peccusque artium bonarum & philosophiæ sanioris præceptis, maximâ qvâ potuit contentione, instruere laboraverit, quo ipso subsidio, præter multijugam eruditionem, dialecticæ insuper ac eloquentiæ adminiculis instruetus, in Disputationum variarum palestra, non sine singulari Auditorum cum admiratione ac applausu, sëpe sëpius victoriæ reportavit: In sermonibus etiam Ecclesiasticis Claudiopoli in Transylvania ad populum ex suggestu habitis, tanta dicendi dulcedine animos illius in sui amorem pellexit, ut ad qvodvis eidem persuadendum maxime senserit promptum paratumqve. Erat qvidem primò purioris doctrinæ Evangelicæ assertor ac propugnator acerrimus, nihil pensius habens, qvam Calvinismi in Transilvania hinc inde serpens malum, atqve operâ Petri Melii Theologi Calviniani, tacitè disseminatum, radicitù extirpare,*

sed temporis tractu , multiplicibus Calvinianorum persuationibus inductus , fervore paulatim in mitius abeunte judicium , Calvinianis se jungens , Syncretismo facem præferre laboravit , qua tamen spe sua frustratus , in Arianismum deinceps , Socinismum & Semi-Judaismum prolapsus , toxico hoc suo pestilentissimo plures Transilvaniae Ecclesiás inficere nervis omnibus contendit , tanto minore verò cum successu , qvanto plures purioris doctrinæ Evangelicæ propugnatores medicinam ei depellendo attulerunt. Quantum autem ad *Socinismi attinet dogmata* , in capitibus quibusdam Sebastianus Castellio , Franciscus Davidis , ut & Christianus Franken , ceu Semi-Judæi , ab ipso Socino repudiati fuere , qvi & Erasmus Johannis , ut Arianum , refutare aggressus est. Ceterum scindebantur A. C. 1552. illi in blasphemanda S. Trinitate & Pædobaptismo consentientes Cadmæi Fratres , Serveti discipuli Albejulienses & Claudiopolitani , flagrante *inter Blandratam & Franciscum Davidis* controversia , de Christi (qvi natura homo sit ; non Deus) invocatione , Blandratā qvidem invocandum Christum afferente , Francisco autem omnem Christo cultum dñegante. Georgius igitur Blandrata , Saluciensis Italus , medicum agens in Aula Transilvanie Principis , favore & opibus pollens , Faustum Socinum evocavit , hyperaspisten futurum certaminis , atque curavit , ut apud ipsum Franciscum Davidis , qvi Claudiopoli concessionabatur , habitaret : cuius hospitio usus fuit , ab adulto Novembri 1577. usque Aprilem 1579. impensas itineris & commorationis ferente Blandrata. Ne autem , ceu supra dictum , Calvinismi malum omnes Transilvaniae Ecclesiás penitus inficeret , Franciscus Davidis , ex huc usqve gestis audacior , variis Disputationibus Petrum Melium ad meliorem sententiam revocare , concionibus verò populum ad ea , unde recesserat , reducere adnitetur , sed dum non absque rixis & jurgiis , imò tumultu sèpius , res finiretur , Davidis fractus , & Nobilium favore illectus , ex objectisqve Philippi Melanchthonis Scriptis & variata Augustana Confessione dubius , in maximo fervore remissior factus , plus Ecclesiæ seniori defuit , qvam profuit. Offerebant enim ei priinas Calviniani , & ut cum

cum *Petro Melio Reformationis negotium urgeret*, petebant, qvas, inito etiam consilio, non respuebat, ita tamen, ne res prodetur. Sperabat enim, qvi noverat, Saxones Transylvanos huc usque magnificè de se sensisse, sua industria futurum, ut utriusque Religionis affec*ti* nefando Syncretismi vinculo colligati in unum coirent, & firmâ veraqve concordiâ conne*ct*erentur, & copularentur. Ceterum A. C. 1559. d. 18. Augusti, Mediæ (urbe Transylvania) *Martinus Heblerus*, Superintendent Generalis in Transylvania, Præsidis, & Magister *Dionysius Alesius*, Ecclesiæ Fôneiensis Pastor, Ecclesiarumqve reliqvarum Hungaricarum Lutheranis dogmatibus adhuc assentientium Superintendentis officium subibant, atqve in confessu plurimorum, tam Saxonum Transilvanorum, quam Hungarorum, *Francisci Davidis* & *Gasparis Helti* Opponentium Sophisticationes felicissimè eludebant, eoqve adigebant, ut confusî eò se recipere cogerentur, unde cum Sociis tanto fastu, & tanto apparatu procedentes advenerant, ac si cœlum ipsum Gigantea sua audacia expugnare sibi proposuissent. Ob rejectam igitur Calvinianorum doctrinam, *Francisci Davidis* fervor quidem remissior jam erat, odium vero pristinum, qvod cum Calvini affec*ti* contra Lutheranos conceperat, hoc remedio sopiri non poterat, imò & viribus ingenii, & amaritudine animi exacerbati, pertinacissimè utebatur, ad odio inter Politicos & Ecclesiasticos, in perniciem Lutheranorum ruitura, serenda, hæc enim via adhuc supererat, qua Ministris Ecclesiarum damna inferri, & à variis injuriis lacestis, consensus in damnatis dogmatibus exprimi poterat: sed qvantô feliciori in illo, tantô infeliciori inhoc gaudebat successu *Franciscus Davidis* Apostata. Neqve tali ergo conamine is ipse id, qvod maximè avebat, conseq*ue*batur, sed fine, quem ex afflictionibus ac pressuris Ecclesiarum Saxoniarum in Transylvania se consecuturum speraverat, excidebat: itaq*ue* ad eas redire artes malebat, qvibus coram, aut in suas partes traducere Saxones Transylvanos posset, aut ipse de falsitate dogmatis convictus, iis se adjungere valeret, disputationes scilicet & colloquia, ad quæ ut eò facilius adspiraret, in *Georgii Blandrate*, Ar-

chiatri Aulici gratiam , cuius magna & apud Principem Transylvaniæ , & apud Magnates erat autoritas , sese insinuabat . Nec fallerbat spes , Princeps namque *Christoph. Báthoreus Synodum Provincialem* indicebat *Enyedinum* , quo Blandratam , cuius detestabiles de Sacra Triade opiniones nemini hue usque innotuerant , cum plena autoritate mittebat , ut tanquam Præses ac Moderator Colloqvio Enyediniano interesset . Licet verò spes in cogenda Synodo non falleret *Franciscum* , fallebat tamen in successu : Postquam enim maxima industria & contentione res ex utraque parte agebatur , & *Calviniani* , Calvini sui placita ex ipsius Scriptis probabant , & *Lutherani à Scriptura* , sine urgentibus causis , non receendum esse , affirmabant , tandem verò post varias , easque acerrimas contentiones , & *Calviniani* & *Lutherani* discesserunt . *Franciscus* ergo tot contentionibus *Franciscus Davidis* , novis rebus studebat , qvod cum aperuisset familiari suo *Blandrate* , hic jam tempus explicandi suum de Deitate dogma ratus , cum videret *Franciscum Davidis* organum fore aptissimum , per qvod merces suas putridas , situque & carie obductas ac detritas , publicè venum exponeret , animum sententiamque suam , ea qua poterat facundiâ , *Francisco* explicabat , variisque promissis à *Calvinianismo ad Arianismum* trahebat . Qvo obtento , Principi Transylvaniæ idem toxicum in quotidianis collocutionibus porrigebat , remotoque *M. Dionysio Alelio* , Ecclesiaste Lutherano , & qui Principi huc usque à concionibus fuerat sacrâs , *Franciscum* paulò ante commemoratum successorem deligebat , qui callidè & pedetentim *Servetianam heresin* in S. Trinitatis negatione consistentem , ex Scriptis *Michaelis Serveti* , Hispani , & *Joh. Valentini Gentilis* , Itali , aliorumque Scriptis concipiebat , post deceptum Principem , reliquis etiam Aulicis instillare studebat . Postquam autem *Franciscus* fatali quadam existimationis suæ clade , ceu supra dictum ex Disputatione illa A. C. 1559. cum *Heblero & Alelio* Theologis Lutheranis , in urbe Mediensi habitâ , ad rabiem usque exagitatus , vix mentis compos , novas quotidie Theses atque Hypotheses sententiæ suæ probandæ causa , sibi effingeret , scilicet , Christum esse nudum

dum hominem , non à Patre ab aeterno genitum , nec ab initio ante omnes creaturas à Deo creatum , nec ex èpiùneute Spiritùs S. in utero Mariae conceptum , sed ex humano Josephi semine prognatum , ut qvilibet homo ex semine paterno generatur , mortuum non ut Satisfactionem , collocatum ad dexteram sine ullo Mediationis officio , & qvæ vel Judæorum Turcarumqve nugas atqve blasphemias impietate vincebant ; hæcque vulgo etiam innotescerent : Blan- drata cum Socino reliquisque affecclis , metuentes , ne tetri hi er- rores sibi qvoqve imputarentur , seriem totius disputationis Princi- pi Transylvaniæ Christophoro Báthoreo deferebant ; satius enim pu- tabant , rem ipsam prodere , qva in apertissimum vitæ & fortu- narum discriminem incidere . Cognitis igitur tam blasphemis Fran- cisci Davidis assertionibus , Princeps custodiæ satellitum in ædibus Parochialibus eundem committebat , moxque coactâ Synodo , Confessui Procerum & Pastorum commendabat , ut cognitâ cau- fa , eundem vel condemnarent , vel absolverent , vel si ad melio- rem frugem reduci qviret , informarent . Introdus in Con- gregationem , interrogabatur ; num illarum Assertionum autor es- set , qvas non solum vulgus suas diceret , sed & hi , qui antea ipsi conjunctissimi fuissent , sibi adjudicarent , qvo , ab initio moti cer- taminis , se idem qvod alii , qui in ipsum jam solum fabam cuderent , docuisse , respondebat : Idein asserebat Lucas qvidam , Davidis ge- ner , Claudiopolitanorum Notarius publicus , & Alexand. Dragetta complices , ut blasphemiarum , sic & vinculorum . Interea uxor qvoqve Francisci à Principe est advocata , ut de sui mariti & vita & doctrina cognitio hauriretur uberior , quod cum fieret , tam horrenda ei objiciebat flagitia Astrix Uxor , testibus omni falsitate parentibus , signisqve evidentissimis , ut omnium consilio , indi- gnus Uxore , imò ipso hominum consortio , judicaretur , mulierqve à tanto carcinomate sejungeretur . Qva ratione à propria uxore mirum in modum coarctatus , & infamia publicè notatus , omnem sui existimationem , etiam apud affecclas suos amist . Qvamvis au- tem qvovis Vertumno aut Prometheo volubilior ac mutabilior es- set , unanimi tamen congregatorum sententiâ convictus , ad æter-

nos carceres condemnabatur , & triduo post, iussu Principis , *Dewam vel Cevam*, in Arcem Transylvaniæ deductus , ibidem in ergasterium conjiciebatur , ubi irreqvietæ conscientiæ oestro excitatus , fractis jam , partim senio , partim sollicitudine , viribus & horribili modo exagitatus , per triduum integrum , sine ulla respiratione , hor rendum ululans , communisensu & ratione privatus , inter assida spectrorum terriculamenta , visis etiam nonnunquam , qvos itineris sui comites appellabat , diabolis , dum frustra latebras quæreret , anxiam vitam exitu finiit miserabili , A. C. 1579. d. 6 Jun. Unde paulò post acerba *Fausto Socino* nata exprobratio , qvod ipse cum *Blandrata Transylvaniæ* Principi *Davidica istius persecutionis atque incarcerationis* autor fuisset : ad quam verò exprobationem depellendam , *Faustus Socinus* seqventi *ad Transylvanos Francisci Davidis affecas* , scripta usus est apologiâ : Franciscum Davidis ipsum sibi calamitatem istam accersivisse ; qvod nempe contra datam psl Blandratæ , aliisqve , fidem , quædam constitui ac decerni curasset in *Synodo Thordana* , Christi invocationi planè adversantia ; ac die qvodam Dominico , cum de more in majore Templo ad populum concionaretur , disertè tantundem esse affirmasset , Jesum Christum invocare , atque Mariam Virginem , & alios Sanctos mortuos . Post mortem autem *Francisci Davidis* , cum judicio Ecclesiistarum Polonicarum ( quibuscum antea conspiraverant , contra S. Trinitatem & Pædobaptismum facto syncretismo ,) se opponerent libris editis , non sine ista Blandratæ & Socini criminatione , unâ cum *Davide Francisci Filio* , *Paleologus* , *Glirius* , *Sommerus* , aliique Christum non invocantes Transylvani , *Faustus Socinus* quadragenarius , relictâ Transylvaniâ , in Poloniæ Regnum secessit , ibique deinceps cœtibus illorum adhæsit , qui , *Serveti* exemplo , invocant Christum æterni Dei filium , minimè verò æternum Filium , qui in Polonia & magno Ducatu Lithuaniae *Ariani* & *Ebonita* vocantur .

*Potissimum ex Georg. Haneri Historia Ecclesiistarum Transyl.*

Opuscula à Franc. Davide conscripta recenset C. Sandius in Bibliotheca Antitrinitariorum p. 56. seqventia : *Epi-*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

119

*Epiſtola ad Eccleſias Polonicaſ , ſuper Qvæſtione , de Regno Scripta .  
 milleñario Ieſu Christi hic in terris . Albæ Juliæ A. 1670. MS. de  
 Dualitate Tractatus , in tria capita diſtinctus . Cui adjunguntur  
 Tractatus ſecundus ; Quod unus ſolus Deus Iſraēlis , Pater Christi .  
 & nullus aliis , invocandus fit , contineſens theſes XV. in generali Sy-  
 nodo Thordana propositas . Item Tractatus tercarius ; Obſervationes  
 in Theſes Georgii Blandratæ comprehendens . Præterea Theſes  
 tres : qvibus ferme XXX. Theſes Blandratam oppoſuiffe , teſtis eſt  
 Palæologus . Confer . Judic. Eccleſ. Polon. pag. 232. Libellus par-  
 vus , XXX. Theſibus Blandratæ oppofitus , in quo diſeritur , Ieſum  
 Chriſtum vocari nunc non poſſe Deum , cùm non ſit verus Deus :  
 Ieſum invocari non poſſe in precibus : Juſtificationem & Praedefi-  
 nationem à Lutherò & Calvinò male fuifſe intellectas : De Regno  
 ejus Mieſtie , qvem fore Prophetæ divinarunt , qui eſſet Ieſus Chri-  
 ſtus A. C. 1578. publicatus . Theſes ſedecim tribuit Franciſco Da-  
 vidis Posſevinus Sect. 3. cap. 7. in qvarum prima dicit , eum affe-  
 verare , Dominum Ieſum ex Iosephi ſemine eſſe concepturn : Por-  
 rò in undecima , ait , eum ſtatueret , Chriſto nullum cultum defe-  
 rendum , niſi qvem , ejus præcepta ſervando , ipſi deferimus . Has  
 Theſes (qwas quidem mihi videre non contigit , ) neceſſe eſt illum  
 non longe ante vita ſue finem exaraffe : In memoratis enim Obſer-  
 vationibus ad Blandratæ Theſes , diſerte dixit ; Ieſum Chriſtum  
 conceptum de Spiriṭu Sancto , Obſervatione in Theſin II. de Filio  
 Dei . Poſtea Theſes IV. de non invocando Ieſu in precibus ſacris  
 Fausto Socino propositæ . Conſutatio Reſponſionis Fauſtinæ , i. e.  
 eorum , qvæ Fauſtus Socinus dictis Theſibus oppoſuit : Liber iſte ,  
 una cum proxime præcedenti Opuſculo , impreſſus eſt in Defenſione  
 Franciſci Davidis , in negotio , de non invocando Ieſu Chriſto in  
 precibus , operā ſtudioque Jacobi Palæologi , Matthiæ Glirii , & Da-  
 vidis . Franciſci Davidis filii , A. 1580. in 8. Deniqve Qvæſtiones  
 nonnullæ , qvæ extant editæ cum Fauſti Socini adeaſ reſpoſione , in-  
 ter ipsius Fragmenta , Diſputationi contra Christianum Franken ad-  
 juncta .*

M. Ge-

*Elogium.* M. Geerg. Haner in *Histor. Ecclesiar. Transylvanicar.* pag. 23, seqvens de *Francisco Davidis* protulit Elogium: *Franciscus Davidi A. 1557.* die ultima Decembr. ad Disputationem *Stanckarum* provocabat, moxque argumentorum ab utraqve parte prolatorum ventilatio seqvebatur, in qua, cùm tanto zelo eruditioñisqve specie *Franciscus Davidis* rem ageret, omnium cum admiratione, ut nemo non eum supra ætatem, excellentibus ingenii & eloquentiæ donis donatum confiteretur, confusus *Stankarus*, haud sine multorum irrisione, ex colloqvio se subduxit.

*Idem loc. cit. pag. 297.* *Franciscus Davidis nullis Dialecticorum laqueis vincibilis.*

*Scripta.* *Debrecinus* Johannes, *Hungarus*, Calvinianorum dogmata propugnans. Ejus sub nomine prodiit: *Exercitationum Scholasticarum Trias*, de Scientia Dei, ex probatissimis Authoribus studiosè concinnata, accuratissimâ methodo hunc in ordinem disposita, publicisque Disputationibus, exercitii & veritatis indaganda gratiâ, proposita, examinata, vindicata. Accessit etiam *Selectorum Novi Testamenti Locorum*, à cavillis hostium Fidei Vindicatio, Franekeræ, excudit Joh. Welleus 1658. 12. Ejusdem quoque operâ Conciliatorium Biblicum Thadæi, Ultrajecti 1658. in 12. lucem adspexit publicam.

*Scripta.* *Devai* Martinus, *Hungarus*, scripsit Disputationem de statu Animarum post hanc vitam: Item de præcipuis articulis Christianæ doctrinæ, perhibente J. Simlero in Ep. Bibl. Gesn. f. 483.

*Scripta.* *Dominici* Johannes, *Dalmata*, Archi-Episcopus Ragusanus, Budæ obiit A. 1418. Reliquit Commentarium in *Matthæum*, & *Epistolam ad Romanos*. In Libro quem *Luculam noctis* inscripsit, interposito juramento affirmat, se in nulla scientia Præceptorem habuisse, sed exemplo Augustini omnes per se ipsum disciplinas edidisse. *Vide Sig. Ferrarius in Hungaria p. 443.*

Mar-

MARCUS ANTONIUS de DOMINIS  
 ARCHI-EPISCOPUS SPALATENSIS : DAL-  
 MATIÆ ET CROATIÆ PRIMAS

**V**IR magnæ eruditionis, inqve Romana Ecclesia egregiæ existimationis, ex librorum Evangelicorum lectione solo Jesu Christi nomine devotius considerato, ut ipse de se ajebat, Archiepiscopatu se abdicavit, nuncioqve missio Romanæ communioni A. 1600. in Angliam se recipiens Calvinianæ Ecclesiæ se ad junxit. Exinde Libros V. eruditissimos de *Republiça Ecclesiastica* contra Primum Papæ typis emisit. Annis aliquot elapsis, præfertim Legati Hispanici, tum temporis Londini commorantis, pollicitationibus inescatus, sed magno suo malo Romam regressus, & Papæ Gregorio XV. olim condiscipulo suo supplex factus, veniam defectionis suæ petiit ac impetravit: libellum tandem compositum, in quo Doctrinam Reformatorum detestatus est. Verum non potuit ei Religio placere Pontificia, qvare fugam adornavit, & denuò se ad Reformatos conferre voluit. In fuga autem comprehensus, Inquisitorum jussu, carceri in Castello S. Angeli inclusus, in eo post aliquot dies, morbo an veneno incertum, miserrime periit. Cadaver tandem Inquisitionis decreto ad Templum S. Mariæ supra Minervam delatum, damnatumqve in campo Floræ, unà cum libris contra S. Pontificem ab eodem scriptis A. 1624. die 21. Decemb. rogo impositum publicèqve combustum est, & cineres in Tyberim abjecti sunt. *Plura de hoc ipso Archi-Episcopo scire gestiens*, conferat Janum Nicium Erythræum P. III. Pinacothec. p. 78. Jacob. Revium in Urbano II. Grammondum Lib. 3. Hist. Gall. p. 196. Calixtum in Apparat. Theol. p. 195. Andr. Rivetum in Jesvita vapulante. Bocalinum in Epistolis. Joh. Wolfg. Jæger. in Histor. Eccles. P. III. Lib. 2. c. 24. Anatomiam Papæ, germanicè editam à Franc. Alzano. Theatrum Europæum T. I. f. 711. Joseph Hallum, Episcopum Oxoniensem, in Roma Irreconciliabili, qvam in Universitate Gryphis-

Q

phiswald. academico examini subjecit & Syllabum Autorum, qui *Romam Reconciliabilem* statuerunt, atque M. A. de Dominis *Consilium Reditus ex Anglia Romam*, addidit, Joh. Frid. Mayer., SS. Theol. Doct. ejusd. PP. Gryphiswaldiaæ 1706. in 8. pag. inquam 38; pag. verò 41. ibidem occurrit prolixa qvamvis, lectu tamen dignissima illa Epistola, quâ Josephus ille Hallus M. A. de Dominis reditum ex Anglia ad Rom. Pontificem meditantem, dehortatus fuit. Tragicum ejus exitium Romæ descripsit, *Dominus de S. Lazarо* in libro gallico, cui tit: *Histoires Tragiques de nostre Temps.*

*Scripta* M. A. de Dominis qvæ mihi haclenus innotuerunt, sunt seqventia: I. *Opus (duodecim annorum spacio elaboratum) de Republica Ecclesiastica*, Londini 1617. fol. in tria voll. partitum, qvæ editio optima: prodiit præterea idem Opus multiplici eruditione refertum, etiam Heidelbergæ & Francofurti ad Mæn. 1618. fol. in II. Tomos & X. Libros distinctum, ex quibus tamen octavus & decimus utpote nondum typis excusi, adhuc desiderantur.

Contenta hujus sui Operis ipse Autor in limine ejusdem, verbis expressit hisce: In his decem de Republica Ecclesiastica libris, verum & proprium regimen, quale à Christo fuit institutum, ab Apostolis & Apostolicis viris usurpatum, à Patribus traditum, à Conciliis Catholicis inculcatum, & ab universalis Christi Ecclesia per plura incorrupta secula usū receptum, ex ipso sacrarum Scripturarum fonte, Patrumqve & Conciliorum ac Scriptorum Orthodoxorum monumentis fusè explicantur. Qvarqvam non de solo regimine Ecclesiastico, sed de ipsis etiam dogmatibus, sacramentis, ritibus &c.

Ibidem n. 9. & io. rationes & causas enumerat, quibus inductus à Rom. Ecclesia communione secesserit, tali adhibitâ verborum texturâ: Vidi planeqve perspexi, nos (Romano-Catholicos) in nostris Ecclesiis, sive doctrinam sive disciplinam speles, à recto tramite plurimum deviare. Quid enim facerem amplius in medio nationis pravæ atque perversæ? Si meam Ecclesiam regere, ut oporteat, juxta veterem Ecclesiæ Catholicæ modum, si doctrinam veram Catholicam, ut docerem & exercere voluissem,

sem , gravissimas in caput meum procellas Romanas , fœdissimas que tempestates accelerassem , contra qvem , jam diu odium conceptum Romæ fovebatur , qvi meos in scribendo adversus ipsius sensum labores jam subolefecerat : Nam & per Nuncium Apostolicum Venetiis commorantem non semel monitus hac de re & correptus fui . Satius ergo fuit , pennas columbæ assumere & avolare , elongare , fugere qve ad solitudines , ubi expectare possem eum , qvi salvum me faciat à pusillanimitate Spiritus , & tempestate , qvam me cœcum voluntarium cum cœcis in interitum cæcos ducere . *Et paulo post :* Pavit me Christus in suo ovili , mutus non amplius esse potui , sicut non omnes Episcopi muti sunt , sub Romano , qvi hinc spe illekti , illinc metu territi silent , potiusqve assentantes simul cum duce ad præcipitum properant . Quidam verò obseqvium amicos , veritas odium parit , cum veritatem deferere neqve possim neqve debeam , odium propinquum omnino fugiendum mihi fuit , odiiqve effectus jam ordinarii , venena & pugiones fuerunt evitandi . Eo enim nostris temporibus redacta res est , ut Ecclesiastica Controversia non Theologis amplius , non Conciliis , sed tortoribus , sed carnificibus , sed sacerdotiis , sed sangvinariis , sed parricidis defendendæ Romæ aut Româ committantur . II. *Historica Disquisitio de Prærogativa Allobiorum in provincia Narbonensi & Aquitanica , Parisis 1654. in 4. digna lectu & eruditio plena est.* III. Cum Joh. Jacob. Chifletius contra Gallorum injurias Vindicias , in quibus Arcana Regia exposita sunt , scriptisset , easdemqve Antverpiæ 1645. imprimi curasset in 4. tunc illi opposuit M. A. de Dominis *Assertorem Gallicum* : cui Chifletius rursus *Lampades suas Hispanicas* opposuit . *Antverpia 1649. in 4. excusas.*

Contra M. A. de Dominis qvi scripsérunt , sunt :

*Nicolaus Coëffetau , Episcopus Massiliensis in Tract. suo , qvem scripsit pro Monarchia Ecclesiae Catholice. Parisis 1624. 8. Fidelis Annosus , vel potius Job. Flzydius , Veremontanus , Antverpia 1622. 8. Laurent. Beyerluk , Archi-Presbyter , qui consilium Marci Ant. de Dominis examinat ibid. 1617. Job. Cydonius , 1619. Andreas Ende-*

*Eudemon. Martinus Becanus, (ambo Jesvitæ) qui de M. A. de Dominis sequenti modo judicat Tom. V. Opusc. 6. p. 666.*

*Censura*

Unum est, Te neque Catholicum esse, neque Lutheranum, neque Calvinistam, sed ab omnibus dissentire, & novum doctrinæ symbolum, partim ex aliorum scriptis, partim ex tuo cerebro consarcinasse. Alterum, duplici spiritu ad scribendum impulsum te esse, altero odii in Pontificem, altero amoris propriæ excellentiæ & cupiditatis.

*Joh. Faës in Lib. I. de Jubileis Rom. Pontif. p. 37. §. 95. Plurā apud subacti Judicij pacisque Ecclesiæ longè studiosissimum M. A. de Dominis lib. VI. de Republ. Eccles. f. 52. de Bonifacio IX. leguntur. Cum quo ipso ea congruunt, quæ a Joh. Conrad. Schurzleischio & D. Gotlib. Wernsdorffo sunt prodata, qui ei non tantum præcipuum inter Scriptores Ecclesiasticos locum assignant, sed insimul eidem subsequens attribuunt elogium: Vir erat summo studio in antiquitate versatus, qui Baronii rationes in arguimento Monarchiæ Siculæ adductas egregiè & feliciter labefactavit, quem aliquis superiori seculo in Gallia retellere cœpit, sed perinde & jejunè.*

*Elogium*

*Dráskovicz* Georgius, Episcopus Quinqve-Ecclesiensis, Legatione ad Concilium Tridentinum celebris, ut qui Anno 1562. fuit in eodem Concilio Orator Cæsareo-Regius pro Regno Hungariæ: postea ad Episcopatum Jaurinensem, hinc ad Archi-Episcopatum Colocensem electus, simulque S. R. E Cardinalis à Pontifice Rom. declaratus, tandem A. 1585. factus est Locumténens Regius per Hungariam (illis enim temporibus cessaverat Palatinalis dignitas per aliquot annos, ceu suprajam p. 45 commemoratum est) eodemque anno 15. Kal. Janu. cum magno Regis & bonorum omnium dolore obiit, ætatis 62. sepultus Jaurini in choro cathedrali.

\* *Johannes Dráskovicz, Comes Hungariæ de Trakošćyan, ex Ban-Croatia, Regni Hungaria Comes Palatinus & judec-*

*dex Cumanorum, electus A. 1647. Posonii mortuus Anno subsequente 1648.*

*Dudithius* Andreas ab Horehovitza, aliquando etiam *Sbardellatus* à materno genere (mater quippe illi nobilis eo nomine Veneta) cognominatus, vir natalium claritate, ingenio omni scientiarum genere exculto, iudicio, rarâ Latinè scribendi dicendiique facultate, in negotiis explicandis prudentiâ ac solertiâ præstans, adhæc totius corporis formâ, gestu & oris residentis gravitate conspicuus, comitate, vitæ innocentia omnium, qui unquam eum viderunt, gratiam promeritus. Natus est anno 1533. Non. Febr. *Budæ in Hungariâ* aut Budæ proximo castello. Primum literarum tyrocinium Patavii fecit & in Italiâ P. Manutium, Fr. Robortellum, C. Sigonium, Onuphr. Panvinium, P. Victorium partim audivit, partim amicos & familiares habuit. Tantus verò Tullianæ eloquentiæ sive admirator sive secessor fuit, ut totum Ciceronem ter manu propriâ descripsisset. Patavii tunc *Stephanus Bæthorius*, postea in Poloniâ Regem electus, erat, cum quo subiectæ jam tunc occultæ sive æmulationes sive similitudines, quæ cum ætate creverunt. Inde in Angliam *Reginaldum Polum*, Cardinalem, abeunte cum Aloisio Priulo secutus est, cuius & vitam, à Ludovico Beccatello Italicè scriptam, eleganter Latinè vertit. Demum ex Anglia Lutetiam venit & illic sub optimo doctore *Angelo Caninio*, Anglarensi, non solum Græcæ lingvæ & Hebraicæ, sed & Orientalium peritissimo, denuò, intermisso per illas peregrinationes studiis, operam dedit. In Pannoniam suam reversus atque in aulam Cæsaream, quanquam admodum juvenis, ob admirabilem eruditionem & morum savitatem *Tinniensis Episcopus* creatus ac postea *Quinqve Ecclesiensis designatus* fuit, magnasque legationes sub Ferdinando I. jam tunc, & postea sub Maximiliano II. atque etiam Rudolpho II. summâ felicitatis & prudentiæ laude obivit. Inter hæc Tridentino Concilio interfuit & Hungariæ sacri Ordinis nomine varias Orationes ad Patres habuit, quvarum duæ, altera de communione sub utraque

*que specie, altera de sacerdotum conjugio tunc per Germaniam publicata sunt.* Postea Sigismundo Augusto, Poloniæ Rege, mortuo in electione novi Regis sedulam operam Maximiliano Cæsari navavit, nullumque in ea petitione acriorem adversarium *Joh. Moncius*, Valentij Episcopus, ut ex ipso saepius audivi, quam Dudithium expertus est. Tantas tamque laudabiles animi dotes in religione levitas obscuravit. Nam sacris majorum relictis Protestantium doctrinam amplexus est, atque ut illi inter se per Germaniam ac præcipue per Sarmatiam studiis & opinionibus divisæ erant, ita nunc ad has, nunc ad illas partes propendens diu fluctuavit, neutrīs propterea acceptus, cum & à Catholicis quod primam fidem irritam fecisset, ubique exagitaretur, & inter Protestantes quasi emansor haberetur. In eo autem fluctuationis solo hærens hoc temperamentum servabat, ut nemini, qui viam veritatis ac salutis pectore non ficto aut ambitiosè rimaretur, gravius succensendum putaret, neque eos, qui in religionis quæstionibus, hodiè tantoperè exagitatis, erroneam opinionem tuerentur, modò turbulenta abesset pertinacia, pœnis atrocioribus dignos censeret. Qva de re contraria exstant luculentæ *Theodori Bezae* & ipsius epistolæ. Ejeratâ Episcopâ in uxorem virginem è Reginæ Polonicæ gynæceo è *Straffia* familia primum duxit, de qua res non indigna relatu memoratur. Qvum adhuc Episcopus esset Dudithius, in Poloniā à Maximiliano legatus & ad Infanteum Pontificio Ornatum in gynæceum, in quo plerique nobiles virgines erant, admisus, uni ex illis non prius sibi visæ ruborem expressit, tanta circumstantium admiratione, ut digresso Legato Infans statim ab eâ quæsierit, *quid cause esset, cur in Legati ingressu tam apertum commoti animi indicium dedisset?* Illa vero cum initio alia atque alia causata se excusasset, ad extrellum instante Infante respondit: *hesternâ nocte in somnis visum hominem à patre matreque virum sibi destinatum totâoris & corporis specie, excepto sacerdotali amictu, tam Legato similem, ut memor somnii tam manifeste erubuerit; quod pro tempore ab Infante neglectum & ab ipsâ virgine, vanitatem somniorum ridentibus*

HUNGARIÆ LITERATÆ. 127

bus, eoqve magis, qvod inter dignitate Episcopali virum & virginem illam nuptias coire posse, tunc vero simile non fiebat. Res nihilominus biennio post exitum habuit, cum Dudithio, qui jam de nuptiis cogitabat, de filia ei in matrimonium danda convenit, quā mortuā alteram **ex** illustri in Polonia familia atqve etiam famosorum Sboroviorū sororem, *Johannis Tarnovii* Comitis viduam, duxit, matronam lectissimam, ex qua prolem suscepit. Ob id Romam citatus cum non comparuisset, ac propterea proscriptus esset, non tamen Maximilianus, quamvis à Pontifice monitus, ob id ejus colloquio abstinuit aut operā uti deslitit. Sed cum Stephanum Báthorium & Sigismundum Svecum, à Sboroviis ipsius sororiis prælatos Austriacis, qibus inserviebat, mœreret, divenditis quæ in Pannonia & Polonia habebat, bonis, in Quædos cum bona Rudolphi Cæsaris gratia concessit, contractoqve Vratislaviæ domicilio grandem pecuniam Cæsari, quam felici consilio incertum, mutuo dedit, modicā ex ejus usurā lautē splendideque vicitans, in eoqve otio ad pristina studia revolutus, præciplè in Mathematicis ingenium exercuit & artam cum Joh. Prætorio Joachimico, harum scientiarum clarissimo in Altdorfiana Nonnbergensis Reip. Academia Professore, quem inter domesticos aliquando studiorum comitem habuerat, amicitiam renovavit ac per literas totā vitā reliquā coluit. Placida & qvalem prædixerat sāpe ac sibi optarat, morte obiit Vratislaviæ A. 1589. 8. KL. Mart. (amicis liberisqve circumstantibus, cum non totis duabus horis decubuisse, Medicis, ut fit, de genere morbi dissidentibus, cum alii pulmonis abscessum, alii apoplexiā esse diffèrent) integrosqvè animi sensus ad extremum vitæ spiritum retinuit, Christum salutis nostræ propitiatorem perpetuò invocans. Biduo antè, qvod multis admiratione dignum videbitur, ad Prætorium, quem compatrem familiari compellatione nominabat, literas dederat, qvarum in imā clausulā post plerasqve non vulgares de rebus Mathematicis quæstiones, qvas ei solvendas proponebat, propriā manu hæc verba adscripterat: *Eclipsis Lunæ 15.*  
*hujus*

*hujus mensis incidit in Aquarium, qui meus horoscopus est; si vera est Astrologia, mortem mihi adfert aut gravissimum aliquem morbum. Tu, quid censes? In omen & proximae mortis acceptum, quod pridie, quam moreretur, cum nondum fatali morbo correptus esset, de misero quodam, quem saepe sublevare solitus erat, querendo famulis mandarat. Nam repescenti cum illi hominem non repertum respondissent, Cras, invit, mihi eum sublevare fortasse non erit integrum.*

*Ex Thuano Enucleato Gerhardi von Stöcken.*

† †

*ANDREAS DUDITHIUS ab Horehovitzza, Sbardellatus, Hungarus: primò Episcopus Tinensis, post Csonadiensis, ac tandem Quinque Ecclesiensis: S. Casarea Maj. Consiliarius & ad Regem Polonia legatus. Quondam nomine Cleri Regni Hungarici ad Concilium Tridentinum delegatus. Ubi visis Romana Ecclesia arcanis, cum ei religio hac dispuisset, Reformati se applicuit, atque in Polonia inter Regni indigenas in Comitiis Perticovibus anni 1565. cooptatus, uxorem ex nobili Strafforum profapia duxit. Quā mortua Zborovii Castellani Cracoviensis filiam, Comitis Tarnovii viduam matrimonii nexus sibi copulavit, atque ex ea filiam Reginam nomine, Hieronymi Moscorovii conjugem, procreavit. Hinc, cum arbitraretur & Reformatos Calvinis sequaces, in multis adhuc reformatione egere: in primis vero cernens eorum acerbitatem erga cœtum minorem qui unum profitebatur Deum, ab illis se sejunxit, his autem se adjunxit, sententiamque horum amplexus, ad obitum usque professus est ac propagnavit. Immo & in oppido suo Smigel in hujus religionis usum Ecclesiam ac scholamerexit, earumque patronus extitit. Natus est Buda in Pannonia A. 1533. 5. Febr. Denatus Uratislavia in Silesia. A. 1589. 15. Febr. al. 23. Sententiam Unitariorum de Deo ac Filio ejus Jesu Christo, potissimum ex Transylvanorum scriptis, à Georgio Blandrata & Francisco Davidis in lucem emissis, hausse se fatetur in Epistola ad Theodorum Bezan: in quā hæc inter alia scribit:*

scribit ; Sed ut quid tamen de duobus clarissimis illis viris G. Blandrata & Francisco Davidis dicam ; profiteor coram Deo atque ejus Angelis , non me qvicquam horum auctoritate permotum fuisse, ut è recepta passim de Trinitate opinione discederem. Illud etiam sanctè affirmare possum , me neutrum horum unquam vidisse. Qvare nulla cum illis tam arcta mihi amicitia intercedere potuit , nullum beneficium ab illis profectum est , qvod ocularum mihi aciem perstringere queat. Itaque non potuit illorum mihi gratia atque auctoritas fucum facere , ut tu falso conjicis. Neqve ulla omnino ullius hominis auctoritas tanta esse possit , qvæ me à vera pietate abducat. Hoc tamen tantum abest , ut inficiaturus unquam sim , ut etiam libenter profitear , totam hanc cœlestem doctrinam secundum Deum , clarissimis illis magnaqvæ doctrinâ , ingenio , judicio , pietate præditis viris potissimum deberi : in cuius gloriæ societatem jure suo veniunt , & Alciatus , & Gregorius Schomannus , & Krovicius , & Socinus , & alii præstantissimi viri , qui tum scribendo , tum docendo , plurimum operæ ad hanc illustrandam doctrinam posuerunt. Illi primi , qvod sciam , illi inqvam duo præstantissimi viri Blandrata & Davidis , Latinè editis hac de re libris , Christum è sepulchro nobis eruerunt ; in qvod eum Patres illi vestri , & Papistici conditores & architecti , detrusum atque oppressum , circumpositis satellitibus , detinebant. Qvare ingenuè fatebor , qvod hi mihi ad Evangelii doctrinam , simpliciter ut scripta & tradita est intelligendam , viam quasi digito intendentes , demonstrarunt. Vid. Christoph. Christ. Sandii Bibliotheca. Anti-Trinitariorum p. 61. 62.

*Ex his jam allatis, nec non ex Scriptis paulò infra recensitis, Sectatorem quidem atque fautorem Hæreseos abominabilis Soci-nianismi Dudithium nostrum fuisse, satis superque patet; ast num etiam ad mortem usque in eadem perseveraverit, ex loco sepulta-ræ eidem Vratislavia tributo, in templo Evangelicorum Cathedrali S. Elisabethæ dicato, dubium mihi suboritur, id qvod profectò haut-quaquam contigisset, nisi ad saniorem mentem eum revertisse con-stitisset. Epitaphium autem illius in latere Orientali dicti tem-*

*pli, ad dexteram Altaris summi, dum ibidem Vratislavia A. 1697  
studia mea humaniora tractassem, hoc verborum ordine dispositum,  
legi atque descripsi:*

D. O. M. S.

ANDREÆ DUDITH.

AB. HOREHOVICZA.

DNO. IN. SMIGLA.

ANTIQUISS. PROSAPIA. VIRTUTE. SINGULARI. ERUDITIONE. MULTIJUGA.

DIVERSARUM. LINGVARUM. EXCELLENTI.  
COGNITIONE. PLURIMORUMQUE. ET. MAXIMA.  
RUM. RERUM. USU. VERE. ILLUSTRI.

INCOMPARABILI. VIRO.

III. IMP. FERDINANDI. I. MAXIMIL. II.  
RUDOLPH. II. CONSILIARIO.

ORATORI. PRIMARIO.

SUMMIS. HONORIBUS. TUM. SACRIS. TUM. PROPHANIS.  
LEGATIONIBUS. AMPLISS. APUD. EXTEROS.  
REGES. ET. DYNASTAS. MAXIMA. CUM.  
LAUDE. PERFUNCTO.

CARISSO. OMNIBUS. ADVERSO. NEMINI.  
CUNCTIS. ADMIRATIONI.

MARITO. EXOPTATISSO. ATQUE. DESIDERATISSO.  
SUO. ET. LIBERORUM. NOMINE. MULTIS.  
CUM. LACRIMIS. POSUIT.

ELISABETHA. EX. ILLUSTRI. ET. AMPLISSA.  
SEBOROVIORUM. FAMILIA. ORIUNDA.

QUE. UT. IN. HAC. VITA. CUM. DULCISSO.  
CONJUGE. PER. ANNOS. X. CONJUNCTISSIME.  
VIXIT. ITA. NE. MORTUUM.

QVIDEM. DESERERE. SED. CUM.  
EODEM. IN. EODEM.

SEPULCHRO. QVIESCERE. VOLUIT.

VIXIT. MARITUS. | ILLA. VIXIT.

A. LVI. D. VII.

OBIIT. BRESLÆ.

XXIII. FEBR.

M. DLXXIX.

| A.

| M.

| D.

| OBIIT.

Seqvuntur Scripta, qvæ A. Dudithium habent Autorem :

Scripta. Commentariolus de Cometarum significatione, & Dissertations novæ de Cometis, Basilea A. 1579. 4. & Vratislaviae 1619. in 8.  
cum Thome Erasti sententia de Cometarum significatione, adjectis

## HUNGARIÆ LITERATÆ

131

Etis notis *Eliæ Majoris*. Denuò etiam excusus est hic liber *Trajecti* 1665. in 4. cum *Oratione J. Georgii Grævii*, de *Cometis*, contra vulgi opinionem, eos esse malorum nuncios. *Epistola Medicinales in Laur. Scholtzii Epistolarum Philosophicarum, Medicinalium ac Chymicarum Volumine. Francofurti* 1598. & *Hanoviae* 1610. *Poëmata*, quæ habentur in *Tomo II. Delic. Germ.* Hæc omnia in Indice Hispanico Expurgatorio permittuntur. Cætera prohibentur. Præterea in Latinam lingvam eleganter convertit *Dudithius*: *Halicarnassæ ad Q. Aurelium Tuberonem de Thucydidis Historia Judicium*, quem librum impressit *Aldus Venetiis*, perhibente *J. Simlero in Epit. Biblioth. Gesn. f. 36.* Item, *Cardinalis Reginaldi Poli Vitam*, à *Ludovico Beccatello Italicè descriptam*, quæ *Venetiis prodiit 1563. 4.* Item *Hermogenem ex Greco in Latinum eum transtulisse* testis est *Cl. Teisserius*, qui etiam fertur omnia Opera *Dudithii* edidisse. *Andr. Dudithii Questionis: Ubi vera & Catholica Iesu Christi Ecclesia invenienda sit? Joh. Wolfio & Theod. Bezae proposita.* Cum horum Responsionibus edita est studio, *Joh. Lavateri*, *Tigurini*, *Hanoviae* 1610. 8. Insuper *Epistola* haut paucæ ardui argumenti ab eodem conscriptæ hinc inde extant, veluti: in *Volumine Epistolarum Pauli Manutii*, quæ de re vid. omnino hujus Epistola 22. Libri VI. Item in *Bibliotheca Fratrum Polonorum Unitariorum*, adjunctæ Epistolis *F. Socini*. *Notæ duplices in Fausti Socini Disputationem de Baptismo aquæ, Disputationi huic annexæ sunt: Epistola ad Joh. Wolfium Tigurinæ Ecclesiæ Ministerum, Cracoviæ A. 1559. die Pentecostes scripta. Epistola ad Theod. Bezam scripta Cracovia 1570. Cal. Aug. in qua disputatur an Ecclesia nomen soli Reformatæ conveniat, Heidelbergæ 1593. in 8. Epistola ad Joh. Lasium, Equitem Polonum, in qua de divina Triade disputatur, scripta Cracovia 1571. die 9 Junii: impressa ex Biblioteca Gomari, & postea cum *Oratione Maresii*. De qua Epistola notatu dignum est *Judicium*, à Beza in adjectis ad Epistolam Dedicatoriam Poëmatum editioni A. 1569. præfixam prolatum est hocce: *De horrendis in Deum Blasphemiis, & plus quam**

quam Arrianis atheismis, fidem facit Epistola ejusdem ad Lascium, Eqvitem Polonum 1590. typis edita, cuius exemplar olim habui, quam aeternis tenebris sepultam, quam recusam mallem. Cum quo consentit Geverhardus Elmenhorstius talem de Dudithio censuram proferens : quod ab Orbe condito ex orci fauibus nullum illo scripto Dudithii ad Lascium, prodierit pestilens. Eadem Belgice A. 1668. 4. Epistola ad Petrum Melium, Sacerdotem Debrecinensem in Hungaria, Cracoviâ 1571. die 30. Januarii. Epistola ad eundem ibidem, & eodem anno, die 22. Septembris data. Epistola ad Josiam Simlerum & Joh. Wolffium Theologos Tigrininos, Cracoviâ 1572. 7. Julii. Epistola ad Petrum Karolium Concionatorem Varadiensem. Cracoviâ 1572. Calend. Sextilis. Epistola ad Theod. Bezam Vezelium : in qua Confessionem fidei sua de Deo Patre, Filio & Spiritu S proponit, & Athanasii Symbolum castigat. Finis hujus Epistolæ desideratur, sed in dicta Confessione mentionem facit, Refutationis Joh. Sommeri que prodiit A. 1582. ad quam Bezam remittit. Postea Epistole ad Faustum Socinum, scriptæ A. 1580. 1582. &c. MS. Epistola ad Faustum Lipsium, Wratislaviâ 17. Martii, 1584. exarata: & est prima inter Epistolæ clarorum Virorum ad Lipsium. Responzionem ad illam Epistolam Lipsii habes in p. 163. Sex Decadum Epistolar. Lipsii prætermissarum Offenbaci excusarum A. 1610. in 8. Epistola de Hereticis non perseguendis & capitali supplicio afficiendis, Christlinge. 1584. 8. Eandem arbitror esse, que cum Bezæ epistola conjuncta est Mini Celsi Senensis (sub cuius nomine Lælius Socinus Senensis latere perhibetur) in libro de eadem materia : Scripta Cal. Aug. 1570. edita 1584. in 8. Epistola ad Varios MSS. Epistolæ istas omnes recenset Christin. Christoph. Sandius p. 63. Bibliotheca sua Antitrinitariorum, ubi pergit : Uſus etiam sum Dialogis Bernhardini Ochini, qui è Bibliotheca Ampliss. Viri Johannis Pesseri, Roterodamensium Consulis (qui talium librorum amator fuit) prodierunt, in quos Dudithius manu sua notas scriperat. Qvod idem ante eum fecerant, in eodem Codice, Valenti-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

133

Ientinus Gentilis & Georgius Blandrata : quorum scripturas ipse Dudithius ( nomine suo initio libri , ceu possessoris , adscripto ) notas fecit , subscribendo iis ; manus V. Gentilis Berne decollati : item , Blandrata manus .

Quibus addas licet A. Dudithii Orationes , quas in Concilio Tridentino , nomine Episcoporum Hungariae recitavit , De Calice puta Laicis permittendo , & complures alias : item Monita Politica . Epistolam Apologeticam ad Maximilianum II. Imperatorem : Commentarium pro Conjugii Sacerdotum libertate ; cum Appendice Epistolarum & Scriptorum aliquot ejusque Vita überioris descriptionem , junctim in uno Volumine forme 4. editam esse à Qvirino Reitero , Theologo Palatino , Offenbachii A. 1610. non uno ab Autore traditum memini me legisse .

Elogia & Censura ex ipsa Biographia Dudithii Thuanea deponunt , quibus adjicere haut incongruum fuerit hac sequentia :

Andr. Dudithius fuit Vir præstanti ingenio & judicio , valuit Censura . Ciceronianâ dicendi facultate & linguae Græcae peritia . Fuit Theologus , Politicus , Philosophus eximius & Artis Medicæ non imperitus , ut ejus Epistolæ ostendunt . Historiarum peritia nemini cessit , sed in Religionis negotio inconstans , qui ex Catholico factus primum est Calvinianus , deinde penè affecta Socini , nisi quod nonnulli eum volunt excusare : quicquid sit , in eam sectam fuit admodum pronus . Conringius in Diff. MSS. quas Oldenburgerus suo sub nomine edidit , titulo : Thesauri Rerumpublicarum P. IV. de Hungaria p. 465.

A. Dudithius vir magnus & Sapiens : J. Lipsius Ep. 78. Cent. 2. Nicol. Taurellus Phys. & Medic. in Acad. Altdorfina P. P. inter Carmina Funebria Emblematibus Physico-Ethicis ad calcem adjecta Carmen quoque de Andr. Dudithio imprimi curavit sequens :

Improba Dudithium mors est etiam ausa Baronem

Tollere : qui reliquos inter spectabilis omnes .

Et fuit ingenio solers , & acumine mentis

Linceus . In variis præclara scientia rebus

Parta per assiduos noctu diuque labores ,

R 3

Qvem

Qvem paffim doctis propè prætulit omnibus unum. &c.

Neqve penitus prætereundum erit egregium *Judicium*, celeberrimi multæque lectionis Theologi, *Gisberti Poetii*, de Andrea nostro Dudithio, qvod prolixum habetur, *Exercitatione de Prognosticis Cometarum p. 21. edit. Amsterodamensis A. 1665. 4. Supersedeo plura alia Judicia & Elogia*, de Vita, Doctrina & Scriptis ejusdem non ubivis facilè occurrentia, & egregiè qvis, qualis quantusqve idem fuerit adumbrantia, heic adducere, qvæ legi imprimis merentur in *Excellentiss. Dn. Thome Crenii Animadversionum Philologicarum & Historicarum P. II. c. 4. à p. 138. ad p. usque 155.* Cui addi potest *Joh. Hornbek in Apparatu ad Sociianismum confutatum p. 61. & seqq.*

De Filio famosissimi hujus *Duditii homonymo* plura non habeo qvod in præsenti addam, præterqvam qvod Opusculum ediderit de *Divinitate Iesu Christi*, ex qva inscriptio qvodammodo colligi potest, eum in Christiana fidei suæ professione qvam longissime abfuisse à scandalosis & impiis Patris sui dogmatibus. *Idem Dn. Crenius l. c. P. III. p. 236.* mentionem injicit duarum Epistolarum, ab eodem filio, ad D. Polycarpum Lyserum SS. Theol. P. P. Wittebergam exaratarum, qvarum autographa hodienum in eadem Polyc. Lyseri Bibliotheca instructissima affervari idem *Crenius* perhibet, atqve in utraqve de loco Paulino Phil. 2. v. 6, 7. & imprimis de genuino sensu phrasium Paulinarum, *forma Dei & forma servi*, prolixius mentem suam expōnere Dudithium, afferit.

## E

*Ember Paulus, Hungarus, Ecclesiæ Szakmariensis, secundum Helveticam Confessionem reformatæ, in Hungaria Minister A. 1703. sub titulo Garrizim & Ebal, sua publicavit Meletemata sermone Hungarico, de Electione & Reprobatione. Libellum.*

bellum hunc promptâ fideliqve operâ ex Hungarico in Latinum sermone m̄ transtulit , Martinus Regis , Nagy-Bobroviczena Lip-tov. Hung. eumqve Dn. D. Wernsdorfio ad examinandum obtulit, qvod ip̄lum etiam in forma publicæ Disputationis præstítit , tali sub titulo : *Pauli Emberi de Prædestinatione & Reprobatione Scriptum Sententia, quam Preside Gottliebo Wernsdorfio SS. Theol. Doct. & P. P. in illustri ad Albim Academia d. 8. Aug. 1707. ad purum Dei Verbum examinatam, rejectit Mart. Regis in 4.*

*Enyedi* (alias *Enjedinus*) Georgius , *Transylvanò-Hungarus à Patria Enyed* , urbe Transylvaniæ ad fluvium *Marus* vulgò *Maros* , in planicie sita , ita nuncupatus , Superintendens Ecclesiarum Unitariorum in Transylvania & Gymnasii Claudiopolitanus moderator. Innotuit A. 1587. Obiit A. 1597. die 28. Novembr. in ipso ætatis flore. Ejus sunt : *Explicatio locorum Scriptura Veteris & Novi Testamenti, ex quibus Trinitatis dogma Scripta. stabiliri solet : excusa primum in Transylvania in 4. ac ibidem prohibita, multaque ejus exemplaria publicè combuſta; postea denuò impressa in Belgio, in 4. neutri editioni locus tempusue addita sunt. De Divinitate Christi opus quoādam ei tribuit Joh. Adam. Scherzerus. Eadem quoqve adscribuntur Explicatio locorum Catechesis Racoviensis : item Praefatio in Novum Testamentum versionis Racovianæ. Verū mortuus est Enjedinus antequam Catechesis Racoviana qvæ nunc extat , Valentini Smalcii & Hieronymi Moscorovii potissimum operâ concinnata , in lucem prodiret ; nisi fortè intelligatur prima illa Catechesis Racoviensium , de qua sub Gregorio Pauli & Fausto Socino agimus. Porro versionem Novi Testamenti Racovianam , præter Smalcii Poloniam , & Crellii ac Stegmanni Germanicam , qvorum utraqve post Enyedini obitum facta est , aliam extitisse , me prorsus latet. Dubito igitur valdè , an memoratorum scriptorum , in primis vero posterioris , jure auctor esse afferatur *Verba sunt Christoph. Christiani Sandii p. 93. Bibliotheca Anti-Trinitariorum.**

*Escandelinus* Matthæus, *natione Hungarus*, patriâ Budensis, ejusdemque Urbis Civis. Hunc Historiæ Ecclesiasticæ tradunt desiderio propagandi Fidem Christianam, inter peregrinas gentes accensum, ad Chinas usqve penetrasse, ibique jam circa A. C. 1009. vitæ sanctitate, prædicationis efficaciâ innumerisqve miraculis, plurimos Chinorum ad fidem Catholicam convertisse, ac tandem Bonziorum, ob fidem quam prædicabat, insidiis circumventum, illustri Martyrio vitæ mortalis finem fecisse, sed hoc Evangelii semen, inter spinas cadens, brevi apud eosdem Chinas suffocatum est, donec illud post aliquot deinde annos rursus aliarum gentium Viri pii, suscitarunt, de quibus *vide Athanas. Kircherum, in Descriptione Chine.*

*Eszeki* Stephanus, Patre natus est Theologo & Ministro Ecclesiæ Calvinianæ, urbis Szakmariensis in Hungaria. Prodire fecit lucubrationes suas sub hoc titulo : *Prima Veritas defensa: sive, Necessaria Responsio, in qua Exercitationes & argumenta cujusdam Clariss. & Doctiss. Viri, contra communem ac veram omnium, tam Reformatorum, quam Antiquorum, Theol. & Philos. Existentiæ Dei, cognitionemque ejus naturalem probandi Methodum : Et pro nuper confitâ Ideâ Dei innatâ, probataque ex eâ, aut non sine eâ Dei existentiâ ad Veritatis & Pietatis normam accuratè examinantur, distinctè resolvuntur & placide refutantur.* Rheno-Trajecti 1666. 12. Daniel Georg. Morhof. Tomo II. Lib. 2. c. 10. §. 1. p. m. 272. *Polyhistoris sui*, de hoc *Censura.* Eszekio sequentem struxit censuram : Unde non desunt, qui expressis verbis afferant, Aristotelem statuisse, animam hominis esse mortalem. Magis fortè pius est *Cartesius*, quam illi, qui Cartesianam Dei in nobis Ideam scriptis impugnarunt. Quorū spectat liber ejusdem *Stephani Eszeki*, qui primâ suâ Veritate defensa (Trajecti A. 1666. in 12.) acerbè isthoc nomine Cartesium ejusque Asseclas perstringit.

NICO.

NICOLAVS ESTERHAZI  
COMES PALATINVS REGNI HVNGARIÆ  
AVREI VELLERIS EQVES

**N**atus est *Galante*, arce trans Danubium munitissima, Domo totius Comitum horum Prosapiæ antiquissimæ originariâ, A. 1583. die 8. Aprilis, *Patre* quidem *Francisco Esterházi*, Vice-Comite Comitatûs Posonensis; *Matre* verò *Sophia Illesházi*, Sorore germana Stephani Illesházi Hungariæ quondam Palatini: Utroque Parente semper acatholico. *Et quamvis ob ingenitas bone indolis dotes*, vel in ipsa tenella ætate, grandium virtutum facinorum præsaga, utriqve parenti, præ ceteris liberis, fuerit semper mirè charus; ob suscepit tamen Anno 1618. Catholicam fidem, à Patre professioni contrariae tenacius inhærente, non modò sèpius malè habitus, sed & domo, & hereditate exturbatus, hæsit aliquamdiu in Aula Stephani Illesházi, avunculi sui, cum qvo variis, & in Hungaria & vicinâ Polonia jactatus fortunæ casibus; atqve ab eodem Illesházi, ut ab orthodoxa religione, quam suscepit, desciceret, miris artibus & circumventionibus, Dominii etiam Trencsiniensis pollicitatione, identidem solicitatus, maluit inops exul herum mutare, quam opulentus hæres Fidem abjurare. Ad Aulam itaque *Francisci Magócsii*, tum Generalis Cassoviensis, profectus, atqve ante omnia vino ac omni inebriante potu, ne in eo ætatis ardore oleum, uti ajunt, igni affunderet, sibi abstinentum ratus, (quam consuetudinem à 16. ætatis anno ad usqve 28. mordicus retinuerat,) & Generali ipsi, & ceteris Aulicis, ita semper erat in oculis, ita in amorphis, ut & Aulam universam ipse moderaretur; & copias militares egregia cum laude ductitaret. Neque prius *Magócsio Nicolaus*, quam ipse *Magócsius* vitæ, fortunis, conjugi, Nicolaoque ipsi valediceret. Unde *Magócsio fatis functo*, rem bono Deo ita disponente, *Nicolaus* non modo fortunarum *Magócsianarum* hæres, sed & *Magócsianæ Vidua Ursulae*

*Ursula Dersfiae* maritus effectus, ob desertam, amore fidei, paternam hereditatem, ceterasque æternæ saluti minime proficuas spes, ea demum sortitus erat latifundia, eos honorum apices, quos & vicina regna, & tota vix dum satis mirata est Hungaria. Et primum quidem A. 1611. à *Matthia, Cesare & Rege Hung. Magnas*, uti vocant, seu *Baro* creatus, ad eundem dignitatis gradum etiam ceteris fratribus, *Gabrieli, Danieli & Paulo*, eorumque posteris adiutum patefecit. Quos qvidem ille Fratres quantum semper dilexerit, quantum coluerit, is solus nesciat, qui vel *nomen Esterháziorum* ignorarit. Eodem anno primas cum *Ursula Dersfia* peregerat nuptias. Anno deinde 1614. primam in Regno Apostolico auspiciatus Legationem, de qua quidem Legatione in Literis *Ferdinandi II.* Anno 1626. d. 10. Augusti, *Viennâ ad Nicolaum exaratis*, ita scribentem reperio *Ferdinandum*: *Ubi primum palæstram moderandi & gubernandi Statûs Publici agressus, à totius Regni istius Hungaria universis Statibus & Ordinibus, ad publicum & generale Conventum Principum, aliorumque Regnorum & Provinciarum, per prelibatum Matthiam Imperatorem, Lincium in Anno 1614. indictum, ubi non nisi de arduis & gravissimis Reip. Christianæ negotiis, Saluteque publica afferenda pertractabatur, una cum aliis Collegis tuis, pro solemnî Legatione perfungenda dimissus fuisti, &c.*

Tertio postmodum Anno 1617. ab Imperatore *Matthia* supremus *Comitatus de Bedeg* Comes constitutus. Altero vicissim abhinc anno, ab eodem Imperatore factus Consiliarius, Magister Curiæ Regiæ, & Comes *Zoliensis*. Postmodum A. 1619. in *Traetatu Caroliano* cum *Gabriele Betlenio*, per *Ferdinand. II* supremus delegatus erat pacis conciliandæ Commissarius. Anno vero 1620. Mense Septembri, in *Lakompack*, ab Exercitu Betleniano arctè obsestus, at non multo post, auxiliante Deo, & Duce *Dampiero*, insigni hostium editâ strage, & ab obsidione, & à certissimo simul, quod imminebat, vitæ fortunarumque periculo liberatus. In *Traetatu* deinceps *Nickelsburgico* A. 1622. per dictum *Ferdinand. II.* jussus Collega ceterorum Ablegatorum, ubi primum Imperatori conclusam cum *Betlenio* pacem prescripsisset, *Cesaris Camerarius* pro-

promulgatus est. In eodem anno, ab eodem Imperatore creatus *Judex Curiae Regiae, & Nova Arcis, atque confiniorum Antemontanorum Generalis Capitaneus*; etiam *munus Palatini* eodem ipso anno, nisi ipsem restitisset, indepturus. Quâ autem laude, quâ satisfactione partes Supremi Ducis in *Arce Nova* obierit *Nicolaus*, et si nemini rerum perito obscurum esse putem; quia tamen non omnibus idem sensus est, quid *Ferdinandus II. Cæsar Maximus*, de Militari illo *Nicolai* Magistratu senserit, quid scripscerit, hic, ex iisdem, quarum supra mentionem feci, ejusdem *Ferdinandi Cæsaris* literis excerptum, omni exceptione majus attexo testimonium: *In qua*, inquit, *functione, strenue, nec laboribus fracto animo desudans, prestans exemplum virtutis, & ingenui erga Patriam & Christianam Remp. affectus tui symbolum exhibuisti; dum jam fato Principe Transilvania peragata cum Turcis Hungaria, etiam in Marchionatum nostrum Moravia penetrando, ferro, flammisque in obvia quæque saviens, ingenti præda onusti revertentes, multa animarum millia, absque discrimine sexus, in diram barbarorum servitutem abduci fecisset: Tu, contractis aliquibus Presidiiorum in confiniis stipendia nostra merentium, exiguis, quas brevitas temporis patiebatur, turmis, innumeris pene hostium turmis audacter te opponendo, aperto in campo, semel atque iterum manus conseruisti, factaque in illis insigni strage, vim & audaciam vindicasti & compescuisti, ac non solum, haudquaq; contemnendis spoliis & exuviiis ab hostibus obtentis, vexillis primariis & præcipuis Turcis captis, plurimisque cæsis, victoriâ non exigua potius, triumphum reportasti, verum etiam magno numero mancipiorum (dicuntur fuisse 1396. Christianorum, qui peracto prælio in Arcem Novam induiti; his plures è loco pugna in varia dilapsi, atque ad suos reversi,) in libertatem afferenda, Viennam, in Augustam Aulam nostram, invexisti. Quo quidem heroico tuo facto, nihil omnino contingere potuit, aut ad dignitatem honestius, aut ad celebritatem illustrius. Ita Ferdinandus ad Nicolaum. Quem & Philippus Hispaniarum Rex, non in unis ad eundem Nicolaum datis literis, saum Cognatum Amicumque vocitabat. Victoria porrò hec memoratur contigisse A. 1623. d. 27. Novembris.*

Post

Post hæc A. 1624. cum *Christiana Nyári*, Comitis Emerici *Turzonis* relictâ Viduâ *idem Nicolaus* secundum iniit matrimonium, & vixit cum hac Conjuge, numerosâ per eam elegantiqve prole fœcundus, ad usque Kalend. Februar. A. 1641. cùm antea A. 1625. d. 25. Novemb. Sopronii, in publicis & generalibus Regni Comitiis, omnium Statuum ac Ordinum unanimi consensu nominatus fuisset per *Ferdinandum II. Palatinus*, ac Regius per Regnum Hungariæ Locumtenens, nec non supremus Comitatûs Soproniensis Comes. Anno eodem die 10. Aug. ab eodem Ferdinando constitutus est *Perpetuus de Frakno*, cum universis linea recta posteris Comes. Denique à *Philippo IV. Rege Hispaniarum* donatus est *vellere aureo*, ac per eundem Ferdinandum II. Vienne ritu solemni exornatus A. 1628. die ultima Decembbris.

Præter hæc, aliaqvæ quamplurima, per *Nicolaum*, non minus gloriosè, qvam feliciter gesta, bis minimum toti Exercitui Cesa-reo in Hungariam, ad sopiendos Regni motus expedito præpositus cum potestate *Nicolaus*, Anno scil. 1630. & 1644 quâ fide, quâ sedulitate eam provinciam administraverit, cùm toti Regno propalam sit, nihil attinet ulterius investigare. Tandem hoc, & præcedente Anno, jussus Tirnaviæ pacem inter Cesaarem atque *Georg. Rakózium*, Transilvaniæ Principem concludere; prius illa in *Hefflain*, loco ditionis suæ, thermarum valore non omnino ignobili, postremum vitæ, qvam Tirnaviæ, multum desideratæ pacis, conclusit periodum. Dum die 11. Mensis Septembbris A. 1645. ultimum, ante medium noctis, urgente quadrantem; & ipse *Nicolaus* tot ærumnis, tot curis, tot laboribus, pro dulci Patria, Bonoqve communi exantlatis, penè fractus, sexagesimum tertium agens etatis annum, omnibus ante Sacramentis ad iter æternitatis ritè refocillatus, ultimum respiravit. Sat amplam quidem ille Posteris suis latifundiorum, sed ampliorem, tam ipsis, quam ceteris omnibus relinquens priscae fidei, pietatis, virtutumqve Viro principe dignarum hereditatem. *Vid. Casp. Fogelini de Lambertinis Catalogus Palatinorum Hungariae.*

## PAVLVS ESTERHAZI

S. ROMAN. GERM. IMPERII PRINCEPS,  
REGNI HVNGARIÆ COMES PALATINV,  
AUREI VELLERIS EQVES

**P**Atriæ suæ insigni bono hanc in lucem editus est A. 1635. Patre illustrissimo antea commemorato *Nicolaø Esterházio*; Matre *Christiana Nyária de Bedeg*; Avo *Francisco Esterházio*, Avia verò *Sophia Illyesházia*. In matrimonium primum duxit Ursulam filiam fratri sui natu majoris *Stephani*, secundis deinde nuptiis A. 1682. Sororem Comitis Hung. *Emerici Tókelii*. Pro pleniore autem notitiâ Esterháziorum Genealogiæ adipiscenda, *videti potest Spicilegii Rittershusani Pars posterior*, & qvæ inde hoc circa argumentum transsumta reperiuntur, apud *Jacob Wilhelm. Jmhof. in Notitia Procerum S. R. Germ. Imperii fol. 653*. E priore qvidem matrimonio Celsissimus iste Princeps numerosam suscepit prolem, atqve è virili *Michael & Gabriel* uno eodemqve anno 1694. matrimonium inierunt; Prior cum *Anna Margareta de Blandrat*, filia Comitis Dessañæ & Marchionis de Radin Pedemontio, cujus mater *Eleonora Francisca de S. Martino* secundis nuptiis Comiti Königseckio, Vice-Cancellario S. Rom. Imp. in manum convenit; Alter scilicet *Gabriel*, foedus pepigit conjugale cum *Margarita Christina*, Comitis de Abensberg & Traun, Ottonis Emerici gnata. Qvod speciatim ad excellentes Principis ejus animi dotes indeqve promanantes dignitates splendidissimas attinet, Jurium, Philosophiæ, elegantiorum etiam qvarumvis aliarum Artium & Scientiarum, nec non variarum Lingvarum exterarum cognitione qvam cumulatissimè instructus, Mæcenas & Promotor literarum Literatorumqve in hunc usqve diem est Opt. Maximus: qvibus ipsi virtutibus uti decus Nominis antea jam Illustrissimi magis magisqve adauxit, ita fortitudinis insuper hellicæ, alijsqve virtutum præstantiorum ac civilis prudentiæ editis speciminibus,

## SPECIMEN

ad supremum excellentissimi Palatini Regni Hungarie cacumen, unanimi Procerum Regisqve applausu, evasit, quo munere, in Politicis sanè ibidem summo, hodie salutariter fungens, uti commoda Regni indefesso annititur studio promovere; ita singulari, eaque intemerata & perseveranti in Cæsarem totamqve Domum Austriacam Serenissimam fide ed magis eminet, qvò luculentiora & freqventiora ejusdem haftenus exhibuit testimonia: Cujus etiam haut procul dubio intuitu, singulari gloriose meinoriæ Augusti Leopoldi Gratia, ex illustri, quâ antea jam effulgit dignitate, ad Celsissimum Principis S. Imperii Romani fastigium evectus est. Eqvidem ad debitas abundeqve promeritas hujus Principis pariter ac universæ Gentis Esterháziana Majorum imaginibus fulgentissimæ laudes ebuccinandas tantò magis me imparem sentiens, qvantò ampliores illustriora istius facinora postulant, sicco eas pede præterire malo, qvàm non satis dignè, comtè & concinnè explicare, qvin tamen id in volumine illo exasciatissimo, circa vetustissimam & illustrissimam hanc Esterháziorum Progeniem occupato, typisqve publicis excuso abunde præstitum sit, dubitare me non sinit inclytissima argumenti nobilissimi dignitas: Titulus autem ejusdem verbis conceptus est seqventibus: *Tropheum Nobilissime ac Antiquissime Domus Esterhaziana. In tres divisum Partes, quarum I. exhibet per vetustam illustrissimam Familia Genealogiam, ab ipso metu Nimrodo arcessitam, itemque Imagines Personarum ad eandem pertinentium, cum adjecto ad quamlibet rerum ab iisdem præclarè gestarum elogio. II. Continet Commentarium Partis prioris. III. Completitur Donationes, Officiorum Honorumque Collationes ac Privilegia à variis Hungaria Regibus, ac postmodum Romanis Imperatoribus concessa, quibus ea, quæ in prioribus circa Vetustatem ac Nobilitatem inclite hujus Domus dicta sunt, insigniter approbantur, confirmanturque. Prodiit Viennæ Austræ A. 1700, fol.*

## F.

*Fabricius* Basilius, *Szikszovia-Hungarus*, Calvinianus,  
Rector qvondam Gymnasi florentissimi Patakiensis in Hungaria.

*Scriptus*

*Scripsit Refutationem Argumentorum Luca Agriensis A. 1568. teste Scriptum  
J. Simlero in Epitom. Bibl. Gesneri. f. 91.*

*Fegyverneki Isaacus Hungarus*, composuit Enchiridion *Scriptum*  
Locorum Communium Theologicorum, rerum, exemplorum  
atque phrasium sacrarum, ordine alphabetico. Basileæ 1586. 8.

*Filitzki* Johannes, de Filefalva, *Hungarus*, nobili  
genere prognatus, natalium splendorem carminis dignitate velut  
superavit. A teneris enim ungaviculis pietati, & bonarum arti-  
um studiis utiliter imbutus, cum omnia in *Hungaria* arderent  
bellis intestinis, ex hac *Turcis*, ex illa parte *Botskaianis* eam invaden-  
tibus, *Pragam* mature se se contulit, ut eo in *Gymnasio* profectus  
porro haud poenitendos faceret, multisqve bonis & claris viris in  
oculis haberetur. Qvandoqvidem igitur is maturo iudicio rectissi-  
me arbitraretur, DEVM bona sua prece & labore mortalibus ven-  
dere, optime statuit, ignavia, ac desidia artium nobiliorum peri-  
tiam minime comparari, diligentia contra & lucubrationibus diffi-  
cilem qvoqve alias aditu Helicona superari. Interim non omnia,  
nec semper, nec sine discrimine qvælibet avide haurienda esse, sed  
ut rerum, ita verborum delectum non tantum in materia, sed  
& loco, sed & tempore esse interponendum idem apprime intel-  
lexit. Qvibus factum, ut inter probatos maxime autores (prout  
iisdem pene verbis *Filitzkius* discipulis suis diligenter inculcat,) optimæ notæ alioqvin *Poetas* retulerit. Eos siqvidem magistros  
esse censuit artium humaniorum, è qvibus uberrima sermonis co-  
pia comparari, ex qvorum ceu favis & flosculis pulcherrimis de-  
licatissimum mellificium componi posuit. Quid? quod & *Poeticam*  
facultatem ipse edixerit, gratiam longè majorem non tantum in  
auribus intelligentium, sed & in animis percipientium relinqueret,  
adeoqve longe magis ad laudes in primis DEI Opt. Max. tum He-  
roum decantandas, qvam sermo, aut stylus alioqvin commendare  
sustineat. Huc adde magnam partem non infimæ tantum, sed &  
supremæ conditionis mortalium, eidem studio ab omni pene ætate,  
atqve

atque antiquitate litasse, tum ea occasione posteris innotuisse. Qvos inter cultores, promotoresque divinæ Poetices haut inconcinnum fuerit, sanctissimum illum JEHOVÆ Heroa Davidem, Prophetam ac Psalmistam regium, Salomonem item Regem; ejusdem filium, mortalium sapientissimum, enumerare; qui quidem divini Principes quantum ea in facultate, moderante cœlitùs gratia Spiritus S. præstiterint, è sacris paginis notissimum est. Hisce divinis Regibus adde, si placet, è Gentilium turba Macedonem illum, totius orbis Herculem, Alexandrum Magnum: qui quantum suo judicio Poesi tribuerit, vel ex eo superflue liquet, quod juxta Qu. Curtium, & Plutarchum, Homeri poemata in medio gravissimorum bellorum æstu non tantum in deliciis habuit, sed instar thesauri omnium carissimi noctu capiti, & pulvino supposuit. Eodem affectu D. Augustus Imp. nobile illud Poëtarum par, Virgilium, inquam, atque Horatium, prosecutus est, eosdemque tum muneribus, tum honoribus amplissimis abunde cumulavit, Poeta ipse, quantumvis Imperator, inter optimos Poetas augustus, & optimus. Qibus præclaris adeoque divinis exemplis magis confirmatus Filitzkius tantum abesse demonstravit, ut Poetica facultas Illustres viros ac Magnates minus concedere censenda veniat, ut potius consecutarium inde emergat, neminem magnum, neminem sapientem, aut excellenter eruditum evasisse ex omni historiarum ac philosophiae serie, qui divinæ hujus artis præstantia facundiaque non insigniter promotum, adjutumque se se senserit. Qvo fine Philosophorum magister, ipse Plato, Poetam parentem ac ducem sapientiae audacter nominat. Strabo etiam hanc in rem, præter autores alios gravissimos, arguit antiquiores primæ cuidam Philosophiae vivendi mores, affectionesque acceptas tulisse, posteriores vero solum Poetam sapientem dixisse, & judicasse. Eandem facultatem recenti nuper testimonio literarum Princeps Scaliger maestavit, ut homines nullis Philosophorum præceptis aut meliores, aut civiliores evadere posse, quam ex lectione vel unici Maronis Poete, disertissime enunciarunt. His atque aliis plurimis, iisque speciosissimis, verissimisque argumentis Filitzkius haud temere

mere persuasus *Poeticam* facultatem unicè intra præcordia sua & viscera recepit, unicè dissuaviatus, unicè etiam discipulis suis instillare pro virili annis est. Ea igitur spe, & literarum musicarum amore plenus, acceptis, ut videtur, *Pragæ*, in fidem suam illustribus discipulis, generosis adolescentibus, *Baronibus ab Hoddiegova*, &c. in *Germaniam*, tanquam communium artium literarumque nutriculam famosissimam, porrò, ad uberiorem ingenii culturam, concessurus, initio, habita ratione cum ætatis, tum captus discipulorum suorum, *Herbornam*, *Nassoviorum Gymnasiūm* celebre, Anno M. DC. V. Mense Junio sese contulit. Eo loci, bono tempore, magno satis suorum siveque ipsius cum fructu, collato, viris in primis hinc inde clarissimis in amicitiam pellectis, ad *Athenas* deinceps *Haffiacas*, quæ *Marpurgi* sunt, perrexit, ubi primitias suas *Poeticas* cum almæ *Universitatis* applausu publicavit. In quod opus leguntur excellentissimor. ejus Acad. tum *Vitorum*, *Rod. Goclenii* senioris, *Herman. Kirchneri*, *Casp. Sturmii*, *Joh. Pincierii* &c. acclamationes: quorum illud *Goclenii Philosophi*, ut breve, sic accuratum, *Filitzki* datum nimis ex merito elogium isthic nobis, in gratiam amici lectoris, interseratur.

Sic autem ad *Emptorem libelli Philosophus*:

*Quaris JOHANNIS carmen fit quale FILITZKI?*

*Et nitidum verbis, & grave rebus, habes.*

In ejusdem eadem *Poetica* specimina leguntur quoque *Simonis Sthenii*, *Heydelbergensis Acad.* & *Ludovici Lucii Professoris Acad. Basileensis*, euphemiae, ut *Filitzki*, dubio omni procul, non minus *Heidelbergæ*, quam *Basileæ* studiis humanioribus præclaram operam dedisse verisimile sit. Idem ferè evincere videtur amicissima illa necessitudo, quæ *Filitzki* cum celeberrimis viris *Georg. Remo*, & *Conr. Rittershuso* intercessit, ut eundem simul etiam in *Academia Noricorum Altendorfina* stetisse nobis persuadeamus. Cæterum is præter humaniorum literarum, *Poetics* in primis *studia*, haud superficialiter degustata, ætate proiectior adjectit porro animum ad cognoscenda SS. *Theologiae mysteria*. In qua quidem divina scientia eo eruditio nis perrexit, ut ad gradum, & honores summos

*Metaphysica* illius facultatis gravissimæ (quales quidem in *Academis* conferuntur) haud sègniter aspirare visus sit. Ejus denique in pietatem Christianam, studia humanitatis, & poetices, in primis amor atque animus, constantia verò, fides, & observantia erga patriam, atque amicos, satis ex poëmatibus autoris, ceu vivis testibus, tum prolegomenis, precibusque annexis luculentissimè euivis apparent.

Libellos poeticos, quos tum quidem evulgavit, partitus est in carmina 1. *Genethalica*. 2. *Gratulatoria*. 3. *Propemptica*. 4. *Philosophia*. 5. *Symbola*. 6. *Prophœneses*. 7. *Epithalamia*. 8. *Paramythetica*. 9. *Funebris*. 10. *Epigrammata* denique miscella, tam Latina quam Græca. Poemata quoque ejusdem varia, variis argumentiis in *Joh. Philip. Parci Deliciis Poetarum Hungarorum*, circa finem adducta comparent.

*Ex Joh. Petri Lotichii Bibliotheca Poetica Parte IV. ubi p. 142.*  
de hoc Joh. Filitzkio sequentes leguntur versus encomiastici:

Commendas pattiam non vana laude, tuosque

Impariter scriptis, ô FILEFALVA, modis.

Legimus ingenuæ, Vates, monumenta juventæ,

Quanta senex olim carmina, quæso, dabis?

*Flacius Illyricus*, vid. voc. *Francovitz Matth.*

*Fleischerus* Christianus, origine Hungarus, Golnicio, quod aliis Gilnicum, aliis Gelnicum dicitur, inter montanas urbes sito oppido primordia vitæ suæ dicens, in Germaniam digressus, politis studiorum liberalium fundamentis, adstrueabat Protestantium Theologiae scientiam. Ea, potissimum Homiletica, disertus, A 1527. in Vratislavensium templo, unde Christoph. Flaschnerus, apud Taurinos in agris Ecclesiæ Pastorem aucturus, discesserat, Diaconis adjungebatur. Inter hos Evangelicam Doctrinam fideliter populo explicare solitus bis ascendbat: denique locum Archi-Diacono proximum possidebat. Muneris sui partes jam per 20. annos impleverat, cum ætatis 49. annum ingressus, Deo spiritum Vratislavia reddebat

A. 1547.

A. 1547. die Junii 15. Vid. Mart. Hankius de Silesiis Alienigenis eruditis c. 13. p. 370.

*Joh. Henric. Cunradi in Silesia Togata, edita, à Casp. Theophilio Schindlero, p. 75. de hoc Fleischero ita canit.*

Symmystam vidit me splendida Bresla Sacrorum;  
E tripode hæc sacri Codicis hausta tuli,

*Forgács Franciscus, Comes Hung. in Gimes, ex Antistite Varadiensi tandem Archi-Episcopus Strigoniensis, S. R. E. Cardinalis natus, summus Cancellarius & Primas Regni Hungariæ. Sui temporis Historiarum Commentarium eum scripsisse refert Nicol. Reissnerus in Syndromo suo, Rerum Turcico-Pannonicarum; sed de illis haec tenus, præter Sigethi descriptionem & obfisionem nihil mihi videre contigit. Prædicti autem Commentarii Sambucus quoque meminit in Prefat. Histor. Hung. Bonfiniane à se consimilata verbis seqq. Nam XV. Libros adjeci, quorum X. è Bibliotheca Dominorum de Réva cum aliis (credo) communicati ad me pervenere: V. posteriores nobilissimus ac doctissimus Antistes Varadiensis, Franciscus Forgács &c. ante paucos annos Oporino Typographo Basiliensi, à Christoph. Trecio primùm communicatos liberaveri mihi detulit. Cui ad stipulatur Petrus de Réva in Tract. de Monarchia & S. Corona Regni Hung. fol. 73. Alter, ingviens, ferè vir atate ea summus genere & eloquentia, Franciscus Forgács Episc. Varad. & Cancell. Regni in suis Commentariis memoria tradidit. Et ibid. f. 95. Franciscus Forgács Scriptor nobilissimus de Thesauro Johannis de Zapolya, Regis Hung. scribit verbis &c.*

Ad ipsam quod attinet Forgáciorum Comitum prosapiam, ea certè uti inter antiquissimas & illustrissimas Hungariæ, meritò referenda est; ita Sigismundus Forgács splendidum Judicis Curiæ Regiæ munus A. 1613. egregiè exornans, ingens Familia decus denuò intulit; nonnisi sanè cum omni hominum memoria peritum.

*Foris Franciscus, SS. Theol. Juris Utr. nec non Philos. Doctor, à loco nativitatis Hungariæ Ottrokocs dicto, cognomina-*

tus Ottrokocsi, (à loco enim nativitatis cognomen adipiscendi mos in Hungaria admodum est familiaris: ita nāmqve cum Stephano Kis comparatum est, ut non tam familiæ Kis, qvam Szegedini, nativitatis scilicet nomine citatus & allegatus ubique reperiatur: sic etiam cum Nicolao Kis, Tótfalusi; cum Andrea Katona Uifalvino, aliisqve à patria cognomē adeptis Viris se res habet) parentibus prognatus est Calvinianis, in ea etiam religione educatus, virili postea x̄tate Rimmerzécsii Verbi Divini secundūm dogmata fratrum Calvinianorum, Ministri munere aliquot annis vigilantissem functus est. Eandem persecutione Protestantium religiōnum Hungarica circa A. 1678. ingruente, unā cum pluribus aliis Ministris Ecclesiarum Protestantium, ex patria in exilium pulsus & variis fatis agitatus, Holandia Univerſitates adiavit, in qvibus quantum mihi constat, docendæ juventutī Academicæ operam navavit, simulqve editis aliquot ingenii sui elegantioris ſc̄tibus Orbi Litterario innotescere cœpit: Post aliquot in hisce provinciis exactum tempus, in patriam secum constituit reverti, ne autem iter per Germaniam rursus institueret, Galliam prius, atqve Italiam sibi adeundam esse censuit, profectum non minus uberiorem in studiis acqvirendorum, qvam Literatorum celebriorum notitiæ comparandæ studio inflammatus. Romam tandem delatus, Sacra Romano-Catholicorum sponte sua amplexus est, eum forsan in finem, ut aliorum in Germania doctissimorum virorum exemplo Unionem duarum Protestantium, cum Romano-Catholica Religione meditantium, se ipso pariter Deus, tanquam instrumento aliquo, ad simile qvid in Hungaria tentandum aliquando uteretur, qui ejus scopus atqve conatus ex aliquot quoqve opusculis publicè impressis atqve ex relationibus quibusdam epistolicis è patria à nonnemine ad me exaratis, satis superqve eluxit. Ceterum Polyhistoris nomine ob exactam omnigenae literaturæ peritiam, qvin ille etiam insigniendus sit nullam fānē est dubium, præterqvam enim qvod illius intuitu Romæ Theologicā & qvæ ac Juris utriusqve mitrā donatus est, profectō tam varia diffusaqve illius eruditione in Hungariam quoqve rumo-

## HUNGARIÆ LITERATÆ

149

re nuncio penetrante, à venerabili Strigonensis Archi-Episcopatus Capitulo, in Academiam Tyrnavensem ad munus Jurium aliarumque subtiliorum Scientiarum præcepta profitendi vocatus, hodie maximo cum studiosorum fructu ac applausu eidem ibidem præst; Primarium & ferè unicum sibi præfixum habens scopum, ut pietatis veræ atque dilectionis sinceræ cultor, aliis quoque humilitate, cœmitate, patientiâ, concordiâ, tolerantî, moderamine facem quasi præferret, sicutque pacis & unionis studio flagrans, metam tandem hujus voti sui non prorsus contemnendi, conseqveretur. Cui proposito si æther annueret, certè inter reliqua Europæ Regna Hungaria triumpharet.

Opuscula, quæ hactenus Excellentiss. Dn. Fr. Foris Ottrokocsi publici juris fecit, seqventia sunt:

*Preces matutinae & vespertinae idiomate hungarico editæ, Scriptæ Claudiopoli A. 1683. in 12. Conciones aliquot, hungaricè editæ partim Claudiopoli, partim Cassoviae 1689. Origines Hungaricae, seu Liber, quo vera Nationis Hungaricae Origo & Antiquitas è veterum monumentis & linguis precipuis pandantur. Indicato hunc in finem fonte tum vulgarium aliquor vocum Hungaricarum, tum aliorum multorum nominum in quibus sunt Scythæ, Hunnus, Hungarus, Magyar, Jász, Attila, Hercules, Ister, Amazon &c. Franckera 1693. 8. Ecclesiasticam insuper Hungarorum Historiam se composuisse in Præfatione ad Lectorem hujus libri, indicat, quæ ut libro huic jamjam comes adjungatur Eruditi avidè optant. EIPHNICON, seu Pacis Consilium pro Unione & Concordia ad fratres Protestantes, profectum à charitate & labore Ir. Foris Ottrokocsi. Franckera 1692. 8. Concio Hungarica ex Psalmo 118. (al. 119.) v. 176. coram confertissima multitudine A. 1694. d. 29. August. habitæ & recitata Tyrnavia. Quæstio decantata ubi fuerit Ecclesia Reformata ante Lutherum, Zwinglium, & Calvinum, Amsterodami 1695. 8. Letum ad Lugentes Sion Nuncium, quo ex Isaia cap. 30. v. 26. ostenditur instare tempus amplissimæ lucis spiritualis in Ecclesia Christiana, nec non Conversionis Turcarum, & tot vulnerum scissionumque*

*Ecclesie sanationis, per Christianorum unionem future, Tyrnavia 1696. 8.* Examen Reformationis Lutheri & Sociorum ejus, justum, modestum, pacificum, animaque in salutem necessarium. *Tyrnavia 1696. 8.* In hujus defensionem dudum parata est ab Ottrokocsio: *Modesta Responsio, adversus virulentum quendam conviciatorem transmarinum, sed nondum (ceu relatum quidem habeo) typis edita, eo quod optatus modus edendi haltenus Ottrokocsio defuit.* *Roma Civitas Dei Sancta, juxta dictum Psalmi 47. (al. 48.) tam latino, quam hungarico idiomate, edita Tyrnavia 1698. 8.* Breve specimen introductiois in Jurisprudentiam Methodicam, *Tyrnavia 1699. 12.* *Asepticum Opus hungaricum ibidem 1699. 12.* Cujus titulus ex hungarico latinè versus est iste: *Ambulantium coram DEO perfectio, seu vera Pietas & Sanctitatis Via ex Genes. 17. v. 1. Col. ult.* Hoc opus Asepticum, ex hungarico in latinum ipse Autor vertit, sed nondum hæc Versio typis est excusa. *Theologia Prophetica, seu Clavis Prophetiarum & Typorum Scriptura S. ex ipsa Scriptura S. & SS. Patribus, aliusque eximiis Doctoribus, ita adornata, ut ea recte utentes, Scopulos Novitatum, Paci & Unitati S. Ecclesie adversantium, evitare, pedes in via Veritatis figere, magna- que, de futuris S. Ecclesie & Mundi Nationum rebus, Arcana, in dies intelligere, & in vera quoque pietate proficere possint. Stylo sanctæ Paci & Unitati Christianorum accommodato, Tyrnavia. 1705. 4.* *Anti-qua Hungarorum Religio verè Christiana & Catholica, temporibus S. Stephani, primi eorum Regis Christiani ab ipsis suscepia &c. Promeditanda & maturanda sancta Christianorum in Fide Unione, D. D. Hungarisi, ac præsertim D. D. Pastoribus utriusque partis modesto, & cum sincero Salutis eorum desiderio proposita.* *Tyrnavia A. 1706. 8.*

Censoria virgula F. Foris Ottrokocsium notavit Joh. Georg. Eccardus, Historiarum in Academia Julia PP. in Diss. Inaugurati de Uso & Præstantia Studii Etymologici, habita Helmstadii A. 1706. in 4. 13. plagul. in eadem demonstrare satagens: Fr. Foris Ottrokocsium in Originibus suis Hungaricis Hunnos & Hungaros diversas planè olim Nationes confusisse, easqve pro una eadem-

qve

que natione falsò venditasse. *Eius verò Dissertationis summaria comprehensio, circa hanc quidem materiam, est sequens:*

Hunnos & Hungaros diversas olim fuisse nationes, & primos quidem generis Sclavonici, adversus *Franciscum Foris Otrokocium*, qui in *Originibus suis Hungaricis* eas nuper confudit, demonstratur. Hungaros contra cum longe dissitis Finnis unam olim gentem fuisse asseritur, quam cognationem jam agnovisse dicitur *Come-nius* & *Stierhelmius*, qui in *Gothicorum Evangeliorum præfatione* miratur, quod in *Lexico Ungarico Molnari* bene multa vocabula Ungarica invenerit Finnis communia. Nostro etiam ævo peregrinantes curiosi post Siberiam in magna illa Tartaria, unde ortum trahunt Hungari, invenere, qui Finnicæ cognatam lingvam adhuc loquerentur. Ex quo concluditur, Fionicam lingvam olim longe lateque uno tractu se extendisse per extinas & septentrionales Europæ Asiæque partes, & a Slavicis deinceps populis, septentrionali se insinuantibus, interruptam fuisse disjunctione. Ha-occasione nomina quædam Hunnica in veteribus autoribus occurrantia, mere Slavonica esse docentur. E.g. *Fornandes de Reb. Get.* c. 49. Attilæ mortem recensens scribit: *Postquam talibus lamentis est defletus, Stravam super tumulum ejus quam appellant ipsi, ingenti commissione concelebrant, & contraria invicem copulantibus, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuque secreto cadaver est terra reconditum.* Ubi Bonaventura Vulcanius quidem in *Notis ad h. l.* ex *Stauii commentatore* vetere, *stravam*, per *exuviarum hostilium molem*, aut etiam per *supplicium à captis* ad tumulum Attilæ suum, explicare tentat; sed tandem incertus lectorum judicium implorat. Noster, cum *strava* ante sepul-turam atque etiam ante eadem sepelientium, à Jornande memo-ratas, dicatur celebrata, & quidem *ingenti commissione & gau-dio*, statuit hanc vocem esse eandem cum Slavorum *straiva*, qua res *cibaria, victus, commeatus, sitarchia, edulitas* denotatur. *Straiva* hydileca iisdem est *pabulum*; *straivnik*, alumnus, convi-ctor; *straivny*, *esculentus* &c. quæ omnia descendant à *travie*, *consumo, ity jehe*; unde nobis simili modo di. *Zehring* est con-vivium:

*vivium* : ut adeo fensus verborum Jornandis sit , eos *convivium* (das Leichmahl) *ingenti commissatione concelebrasse*. Ipsum Hunnorum , sive , ut ab optimis autoribus scribebatur olim , *Chunnorum* nomen a Slavico *kun* , *kon* , *kony* , *chogn* , *equus* , Autori derivatur , ut *eqvites* notet . *Saxones* non à longis quos gesiere cultris , (*sax* & *sex* enim cultrum seu siconem denotat , ) qvicquid etiam medii temporis scriptores dicant , sed à Scandinavia discedentes nomen accepisse credit à *sagen* , *secando* , *dividendo* . unde & *sachs* , *cultor* , derivatur , ut *patria divisos* seu *colonos* eos esse intelligeres , & vox *saghsē* , *saxe* , hoc modo ejusdem cum Germanico *schar* & Gallico *detachement* naturæ esset . *Slavorum* , aut veluti ipsi se appellant , *Slovakorum* vocabulum idem ipsi est cum Slavonico *czlovek* , qvo *homo* simpliciter denotatur , qvod Sarmatiarum rerum Scriptores non animadvertisse miratur . Idem porro nomen etiam servilis generis homini , sive qvi non alia re , qvam qvod *homo* est , respectu sui superioris gloriari potest , tribuitur , eodem modo , qvo Latinis posterioribus vox *homo* , nobis *litus* (*liti* sunt *coloni* in diplomatis monasticis passim obvii . *Leute* nobis *homines* , *vulgas* , *plebs*) & *man* olim de qvovis alterius domino , qualibet ratione , subiecto usurpabatur . Unde Eccardus falli pronunciat , qvi servos per omnes gentes tum *deum* Slavos dici coepisse crediderunt , cum ab Henrico Aucupe *Slavorum* in Germania pars qvædam devicta subactaque esset &c.

Præter Job. Georg. illum Eccardum calamum etiam strinxit aduersus Franciscum Foris Ottrokocsum , Samuel Mattheides in Disputat. Theologica : *Roma* & *Geneva* irreconciliabilis , habita Gryphisvaldiae A. 1708. die 9. Febr. sub Præsidio Reverendissimi Viri Dn. Joh. Frid. Mayeri SS. Theol. Doct. ejusdemque Profess. Prim. &c.

*Forró* Georgius , *Transylvanô Hungarus* , illustri sangvine cretus : Societatem Jesu A. 1583. ætatis 16. amplexus est. Philosophiam Græcii docuit . Rexit Collegia Zagrabiense & Tyrnaviense , & Provinciam Austriae , annis aliquot . Denuò nunc Collegii Tyrnaviensis , & Academiæ , qvam Eminentissimus Princeps

Petrus

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

153

*Petrus Cardinalis Pazmannus ibi instituit , primus Reclor. Paratoshabet Concionum Tomos aliquot , lingvâ hungaricâ , magno Patriæ bono datus ruris eos propediem in lucem , Obiit Tyrnavia 18 Octobr. A. 1641. ætatis 72. Societatis aditæ 54. Vid. Philip. Ale-gambii Biblioth. Scriptor. Soc. Jesu fol. 155.*

*Forró Paulus nonnisi ex Hungarica Q. Curtii versione Scriptum hactenus inhi innotuit , qvæ sanè , præter summam elegantiam perspicuitatis etiam laudem qvam maximè meretur. Prodiit De-brecini A. 1619. 8. Ut autem Viri hujus eruditissimi opera ejus modi studiorum generi impensa non potest non laudari ; ita votis omnibus expetendum foret , ut plures alii Hungari exemplum hoc secuti ceteros quoque Latinos melioris notæ Scriptores in Hungaricum idioma conversos , juventutis commodo , luci publicæ exponere satagerent.*

*Fortunatus Matthæus Hungarus , in naturalibus Senecæ Scriptum Quæstionibus Librorum VII. emendandis laboravit & annotationes adjecit. Liber impressus Venetiis in officina Aldi. Claruit temporibus Caroli IV. Francorum Regis. Simler. in Epit. Bi-blioth. C. Gesneri f. 492.*

*Francisci Paulus , Coronâ-Transylvanus , Medic. Doct. Scriptum hodie Poliater Vunisidelensis. Disputationem Inauguralem habuit Altdorfii , de Paralyse ex Colica A. 1678. in 4.*

*Francovitz Matthias , cognomento Flacius Illyricus , natus est Albona Illyrici , (hodie Sclavonia dictæ provinciæ) oppido A. 1520. die 3. Martii , è familia veteri & numerosâ. Pater scilicet ei fuit Andreas Flacius , vir honestus & eruditus , Mater Jacoba , ex nobili Luciorum familiâ. Puer hic Matthias , parente , (qui & ipse filio prima lingvarum rudimenta instillavit,) mortuo , Francisco Ascerio Mediolanensi , Viro doctissimo , operam*

aliqvandi dedit. *Venetias* deinde missus, *Johannem Bapti-  
stam Egnatium* juxta forum *S. Marci* literas humaniores celebri  
famâ profitentem audivit. A. 1537. verò pietatis & Theologici  
studii desiderio Monachisnum suscipere cōgitavit, communicato  
consilio cum *Baldo Lupatino*, *Franciscanorum Provinciali*, postea  
qvod hæreseos suspectus esset, post carcerem 20. annorum, mari  
submerso, qvi cum monachatum ipsi dissoluisse, & Theologiæ di-  
scendi gratiâ in Germaniam proficiisci ipsi consuleret, hujus consilium  
secutus, omni penè viatico destitutus *Basileam* venit A. 1539. Ibi  
à *Simone Gryneo* hospitio exceptus, eo etiam Præceptore usus est.  
Indè, sub exitum anni, *Tubingam* venit, hospitio usus *Matthiae Gar-  
bitii*, popularis sui, lingvæ Græcæ Professoris. A. 1541. *Witten-  
bergam* profectus, *Lutherum* & *Melanchthonem* audivit, vixitque  
in hospitio *Friderici Bachovii* Ministri Ecclesiæ, lingvam Hebræam  
privatim docendo, & Græcam. Magister deinde salutatus ibi, & uxo-  
re ductâ, Professor Publicus constitutus est A. 1544. *Wittenber-  
gæ* cum literis operam daret A. 1541. graves tentationes sustinuit de  
peccato, de irâ DEI, de prædestinatione &c. à quibus tandem, post  
preces etiam publicè pro ipso habitas, Literarum Sacrarum auditis  
consolationibus liberatus est. Ibidem qvoque *Melanchthoni* singu-  
lariter acceptus fuit, quem tamen postea scriptis suis exagitavit.  
A. 1546. orto in Germaniâ bello, *Brunsvigam* à *Medlero* invitatus  
abiit, ibique docendo famam nominis sui disseminavit. A. 1547.  
*Wittenbergam* ad munus docendi rediit, ubi paulò post divulgato  
libro *Interimistico* cum aliis Theologis se illi opposuit. A. C. 1548.  
*Wittenbergâ Magdeburgum* abiit, ubi Officinæ typographicæ præ-  
fectus *Historiam Ecclesiasticam*, *Centurias* vulgo *Magedeburgenses*  
adornare incepit, unâ cum *Nicolao Amsdorffio*, *Nicolao Gallo*, *Mar-  
tino Copo Medicinæ* D. *Johanne Wigando*, *Ebelingo Alemanno*, &  
*Mattheo Judice*. Papatum insuper ibi, *Osiandri* etiam & *Schwenck-  
feldii* dogmata oppugnavit. Hinc A. 1557. *Jenam* ad Scholam  
novam excolendam vocatus venit, sed quinqvennio ibi exacto, cum  
inter ipsum & *Victorinum Strigelium* contentio de Libero Arbitrio  
esset orta, *Ratisbonam* concessit, ubi varia Scripta edidit. A.  
1567.

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

155

1567. *Antverpiam ad Ecclesias ibi constituendas cum Cyriaco Span-  
genbergio venit, sed paulò post indè dimissus, Argentoratum, &  
tandem Francofurtum ad Mænum venit.* A. 1568. In Colloquio  
*Altenburgensi*, qvod inter Theologos Misnicos ac Thuringicos in-  
choatum 21. Octobr. & finitum 9. Martii Anni seqventis, cum de *Ju-  
stificatione* disputaretur, *Flacius* contendit, *peccatum esse substanciam, non accidens.* Abinde flaccescere & suis fratribus sordere  
cœpit, ac idem passus est à suis, qvod *Philippus Melanchthon* ab ipso  
A. 1548. Fatis tandem *Francofurti* concessit 11. Martii A. 1575.  
æt. 55. Concionem funebrem ipsi habente *Cas. Hodelino Cronber-  
genſi*. Qvanquam verò *Matthias* cum aliis tum in primis parado-  
xo illo de peccati substantia non exigua in Ecclesia Christi turbas de-  
derit, laude tamen suâ defraudandus non est ob egregia reliqua  
scripta, ex qvibus commendantur seqq.

*Argumenta in Psalmos 60. Davidicos, excusa Francofurti A. 1550. Regula & Tractatus de sermone sacrarum literarum, Mag. Scripta. deburgi 1551. De Materiis & metis scientiarum atque erroribus Philosophie in rebus divinis, Jena. 1550. Refutatio mendacij de Logo. ibid 1558. Clavis S. Scripturae, seu de sermone sacrarum literarum, Basilea 1567. Dere ac Controversia Sacramentaria Libelli complures editi Francofurti 1567. Tabula de IV. Regnis spiritua-  
libus. Refutatio erroris Osiandri. Tabula trium methodorum Theo-  
logiae, Jena 1558. Protestatio contra Concilium Tridentinum cum  
norma Synodi & Scripta quadam Monarch. de eo Concilio. Glos-  
sa compendiaria super totum Novum Testamentum, Basilea, 1570. Catalogus testimoniū veritatis, qui ante Lutherum Antichristo recla-  
marunt. Confessio Christiana de Peccato Originali & libero Ar-  
bitrio. Defensio sana doctrinae de originali Justitia aut Injusti-  
tia aut Peccato, Basilea 1570. Demonstrationes evidentissima  
doctrinae de Essentia imaginis Dei, & Diaboli, Justitia & Injustitia  
originalis, ibidem. De Augustini & Manicheorum sententia,  
in controversia peccati, Ursellis 1571. Omnia Latina scripta  
Illyrici contra Interim & Adiaphora edita, uno volumine comprehen-  
sa prodierunt Magdeburgi 1550. Historia certaminum inter Ro-*

*manos Episcopos, & sextam Carthaginensem Synodum, Africanasque Ecclesias, de Primatu seu potestate Papæ, bona fide ex authentis monumentis collecta, excusa Basilea ab Oporino. Historia Carthaginensis VI. Synodi ibid. Turonensi sHistoria ab eodem continua. Urspergensis Chronica ab eodem emendata. Liber de translatione Imperii ad Germanos, & de electione Episcoporum. Causa cur Status Imperii in constituenda pace religionistam aliorum piorum, quam suorum subditorum rationem habere teneantur &c. Præterea complura alia Flacii Illyrici tum Latina tum Germ. Opera, contra Papam nempe, Interim, Osiandrum, Schvenkfeldium, Sacramentarios, Anabaptistas, & alios, variis in locis atque temporibus iteratis vicibus sunt impressa. Conf. omnino Joh. Simleri Epitom. Biblioth. Gesneri fol. 194 & seq. Vitæ ejusdem descriptio compendioꝝ transsumta est ex Melch. Adami Vitis Germ. Theol.*

*Elogia & Censuras, quas de Slavo isto famigeratissimo hinc inde connotare mihi in præsenti licuit, accipe sequentia:*

*Iacius Theologus, superioris seculi Origenes, qui non mediocres turbas in Republica Christianâ dedit absurdissimo suo effato; peccatum originis esse ipsam hominis substantiam. Qvod dogma cum præcipuis fidei nostræ Articulis, de Creatione, Filii Dei Incarnatione, Redemptione, Sanctificatione, & Resurrectione pugnat. Nec tam propterea adsentiri possum Gulielmo Budæo, qui Centur. XVI. Σαντολογias ad annum 1575. ait; Flacium ne quidquam recti fecisse, nisi cum moreretur. Tempore enim, Interimistico Ecclesiæ Christi bonam & fidelem operam contra Papatum pugnando navavit. Ipsi etiam, utpote in Scriptis veteribus Ecclesiasticis & ad Historiam facientibus versatissimo, insigne illud opus, & qualem pristina ætas nunquam viderat, Centuriarum Magdeburgicarum maximam partem debemus. Liber etiam, quem Clavem Scripturæ, inscripsit, non caret suâ utilitate. Qvensted. De Vitis & Patriis Viror. Illustr.*

*Homo vehemens, & quocunq; loco pedem figeret, acerimus turbarum incentor. Thuan. Hist. lib. 38.*

Sum-

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

157

Summus inter Protestantes Pontificie autoritatis oppugnator, & ob eandem vehementiam *Philippo Melanchthoni* præceptori olim suo non satis æquus. *Thuan.* ibid l. 61.

*Matthias Flacius Illyricus*, hæresi infamis, alioqui non male de Ecclesia meritus, edito *Catalogo Testium Veritatis*, & adornatis suâ ipsius, *Johannis Wigandi*, & *Matthæi Judicis* operâ *Centuriis Ecclesiasticis Magdeburgensibus*. *Pezel* in *Mellific. Historic.*

*Flacius Illyricus Centuriarum Magdeburgensium*, εγγοδιωκτης fuit, qvod opus non tam ex nævis, qvi à nonnullis iam sunt observati, qvam inexpugnabili æstimari debet labore, & inaudito antea conatu. *Hottinger. Biblioth. Quadrip. lib. 3. cap. 3.*

Scio unum ex *Centuriatorib. Magdeburg.* Operis & absoluti principem authorem præcipuum & primarium, virum certè industræ prodigiosæ, Librorum immanem helluonem, & Bibliothecarum obliguritorem, furiosum tamen Theologum & insanum *Flaciano Illyricum*, novarum qvarundam & monströsarum Opinionum extitisse adiaventorem, *Rich. Montacut. Præf. ad Ecclesiast. Exercitat.*

Impia dogmata, impianque vitam *Rom. Antichristi* describens, multis editis libris celebris factus est. Multa recondita ex Bibliothecis eruit, aliorumque Autorum scripta in lucem protulit, qvæ nobis regni *Tenebrarum Regis* artes, mores, studia, tyrannidem atque scelera non sine stupore proponunt. Qvæ latuissent fortè male, suisqve tenebris sepulta fuissent, nisi abditos Bibliothecarum recessus atqve sinus penetrasset *Illyricus. Fac. Verheid.* in *Elog. Theol.*

*Flacius* iste, qvanvis ab alia quadam eruditionis parte destitueretur, in Scriptis tamen veteribus Ecclesiasticis & ad Historiam facientibus fuit versatissimus. *G. Calixt. in Apparat. Theolog.* pag. 184.

Multas excitavit turbas in Ecclesiis Protestantibus erroneis quibus implicatus erat opinionibus; cum primis autem sententia sua, qvð peccatum originale sit propria hominis substantia: tamque ac erbe tantaque animi impotentia scripsit adversus *Melanchthonem*, Præceptorem suum, ut vir ille magnus, quantumvis lenis & moderatus ingenio, non potuerit fibi temperare qvin ipsum *Echidnam Illyricam* appellaret. Magnam scriptis suis famam sibi paravit, eo-

## SPECIMEN

que præfertim quod *Clavis Scripturæ* inscribitur, nam ille liber *Protestantibus*, & *Catholicis* æquè utilis est, ut affirmat Rich. *Simon*. *Hist. Crit. V. T. Ant. Theissier*. Elog. Virorum Eruditorum. Gallicè.

Si Author ille *Lutheranisi* præjudicatis opinionibus adeò imbutus non fuisset, quæ ipsum quadantenus adegerunt ad falsas eaurum applicationes faciendas, multò clariorem famam sibi conciliasset. *Orat. Presbyter. Rich. Simon. Hist. Crit. V. T. lib. 3. cap-13. Gall.*

Denegarunt ei coenam Ministri propter doctrinam *De peccato originali*: Ita sine viatico, quia aberrarat è viâ. abiit ex hæc vitâ. Utinam pius & bonus. *Hieron. Zanch. Epist. l. 2. in Epist. ad Lavaterum.*

In hunc Autorem hoc distichon composuit *Jacobus Boissardus*.

*Quod scelus & totus sis culpa, diserte Mathia;*

*Incusare alios desine, culpa tua eſt.*

NB. Hic Author inter Hæreticos primæ Classis rejicitur in Romano indice Expurg.

*Frank* Valentinus, *Nobilis Transylvanus à Frankenstein*, Evangelicæ religioni addictus, virtutum splendore atque munerum amplitudine conspicuus. Erat Illustriſſ. Transylvaniæ Principis Conſiliarius quondam intimus felicissimus: Judex Regius Civitatis Cibiniensis, & totius in Transylv. nationis Saxonicae Comes longè meritissimus; Literarum Literatorumque Moecenas munificentissimus. In Universitate Reipublicæ Noribergensis, quæ hic Altdorfii floret, elegantioribus literis atque scientiis incumbens, eruditam Differtationem Moralem de *Æquitate*, sub Præſidio Joh. Conr. Dürri SS. Theol. ac Moral. P. P. A. 1666. publicæ Eruditorum disqvisitioni exhibuit. Præter hanc Diff. inter plura alia ab eodem edita Opuscula, meam in notitiam pervenere: *Origines Nationum & præcipue Saxonica in Transylvania*, quæ Helmſtadii A. 1697. in 4. juxta exemplar Cibinii in forma 12. impressum, prodiere. Imprimi etiam curavit A. 1673. librum quendam Pyrotechnicum. Laudes & merita circa utramque Rempublicam Generosissimi hujus atque Eruditissimi Viri, justo Opusculo comprehensa, Clientes, Amici & Cultores nonnulli Frankiani, Viennæ imprimi curarunt, apud *Mattheo*.

*Cof.*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

159

*Cosmopolitanum A. 1692. in 12. qvod hunc præ se fert titulum: Rosetum Frankianum, qvod spinoso, at innoxio livore cinctum, columbarum concordi amore vincitum, præcioso gemmarum virtutum splendore distinctum: Rosis gentiliciis Spectabilis, Generosi, Amplissimi, ac Doctissimi Domini Valentini Frank à Frankenstein, illustris Gubernii Transylvaniae Regii Consiliarii intimi: Nationis Saxonice Comitis confirmati, nec non Civitatis Cibiniensis Judicis Regii meritissimi, sacrum esse voluerunt. Supersedeo præter egregia eidem in dicto Opusculo tributa, plura alia de hoc Viro abs me hinc inde collecta Elogia atque Judicia, hēic producere, nequeo tamen mihi temperare, qvin ea, quæ Joh. Krempes Phil. & LL. AA. Mag. in Carmine quodam Gratulatorio paucis his versibus comprehendit; benevolo lectori exhibeam:*

*Non Franki, Themidos splendida gloria,*

Elogia.

*Sunt ignota Tibi mystica dogmata*

*Divina Eusebies: non monita ardua*

*Subtilis Sophies, dictaque sobria:*

*Non mores hominum, fataque Principum,*

*Fortunaq; Virūm, gestaque Seculi:*

*Non moris patrii firma Scientia,*

*Nec Juris gemini doct a volumina.*

*Polles confilio, ac ubere copiā*

*Fandi: Castalii nect are fluminis*

*Demulces Clarii culminis incolas,*

*Solers melliflui carminis artifex,*

*Hec laudis tamen est infima pars Tue,*

*Plus Virtus meritis adjicit enthea.*

Qvibus superaddi queunt, qvæ Georg Francisc. Lanik P. S. J. in Epistola Genethliaca ad Val. Frankium exarata, tridistido complexus est hocce:

*Mnemosine fuerit Musarum, Mater Amorum,*

*Nempe Poetarum tu super orbe Pater.*

*Carmen amas, & amaris ab hoc Celeberrime Patum*

*Saxonico celebri doctus Apollo chero.*

Non

*Non ego: Fama tuum vulgavit nomen ubique,  
Attigit Augustas Cæsaris usque Domos.*

**Frölichius** David, natus est *Cæsareopoli*. (Hung. *Kesmark*) urbe Hungariæ superioris, in Comitatu Sepusiensi sitâ, eeu patet ex ipsius *Viatorii Parte Posteriori*. p. 295. n. 384. ubi ait: *Cæsareopolis, Ransersmarck* patria mea dulcissima (in qua hæc conscribere licuit) ad radices Carpathi, in finibus Hungariæ & Poloniæ; intra Popradum fluvium, *Leibicensem* rivum & *Albulam* amnem (*das weiße Wasser*) in solo frumenti & lini feraci sita est. Is indefesso suo studio & labore eum honorem promeruit, ut *Sacr. Cæs. Regiæque Majest.* per Regnum Hungariæ Mathematicus evaderet. Ad Parentem ejus quod attinet, de eo ipse noster p. *ibid. 297. n. 306.* tradidit seqventia. Schola Leibicii, moderante scil. eam Prrente meo piz memoriam *Johanne Frölichio*, Philologo & Astrophilo haut postremo, longè florentior fuit (ut & alibi in similibus Sepusii oppidis, sub severissima quidem disciplina) atque nunc est. Præter alia, quæ mihi quidem nunc non succurrunt opuscula ab ipso edita literaria, orbem etiam sibi obligavit eruditum, egregio utique illo *Viatorii* libro, cui titulus præfixus est iste: *Bibliotheca*, seu *Cynosura Peregrinantis Scripta. tium, b. e. Viatorum, omnium hactenus editorum absolutissimum, jucundissimum, utilissimumque in duas Partes digestum*: qvarum Prior, *Quatuor libris constans, complectitur I Centuriam cum Decuria Problematum Apodemorum. II. Multiplicia Peregrinationis Praecepta. III. Methodum rerum explorandarum. IV. Indicem Viarum duplarem, Vulgarem & Mathematicum, cum Nundinarum & Monetarum consignatione.* Posterior pars totidem libris exhibet: I. *Geographiam Apodemam*, II. *Historiographiam Apodemam*. III. *Diarium Apodenicum perpetuum, nec non ejusdem applicationis Prognosticon quadruplex, scilicet Meteorologicum, Physiognomicum, Chiromanticum, & Oneirocriticum.* IV. *Præcationes & Hymnos Apodemicos. Lectione varia, conversatione curiosa, & experientia laboriosa sumtuosaque conscriptum, à Davide Frölichio Sacr. Cæs. Maj. per Regnum Hungariæ Mathematico Ulma, A. 1644. in 12. Voll.*

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 161

Sunt 2. Voll. Ejusdem quoque operâ *Chronogiam aliquam Pannonia* conscriptam esse, ipse memoriae prodidit hisce cit. loc. produxit  
verbis: *Fusorem & accuratorem hujus Regni (Hungariae) descri-*  
*ptionem mea Chronologia Pannoniae (qua ex defectu Patroni hac te-*  
*nus cum blattis & tineis rixas movit, nec in lucem prodire valuit)*  
*suppeditabit.* Qvod tamen opus an Patroni alicujus munificentia  
typis publicis excusum fuerit, nondum ad notitiam meam pervenit.

Juxta Viri Clariss. Abdie Trew Mathemat. Prof. Publ. Altodori-  
fini, *judicium ac Elogium*, David Frölichius fuit in omni scibili versa-  
tissimus, ceu quidem id colligi potest, ex Hecasticho illius Viato-  
rio Frölichiano præfixo hocce. In Viatorium multiplice eruditio-  
ne refertum Præclarissimi Mathematici Dn. Davidis Frölichii:

*Posse Mathematicum non artibus esse peritum.*

*In reliquis, Momo credula turba putat.*

*Tu vero, Lector, praesentem hunc adspice librum,*

*Nam te longè aliud littera quaque docet.*

Thejologum, Historicum, Linguis catum & Arte Sophorum.

Cernes, & Medicum, denique Juridicum.

*Mutua nempe sibi conjungunt brachia Musæ,*

*Nec nisi juncta aliis advenit una viro.*

*At tu nunc reliquis etiam artibus esse politum*

*Posse Mathematicum livida turbanega.*

Judi-  
cium.

**Fronius Matthias, Saxo-Transylvanus, Ictus, Notarii publici;**

officium in Civitate Transylvaniæ Coronensi circumspectè non minus  
quam fructuosè sustinuit: Primus enim *Statuta Saxonum* Tran-  
sylvania incolentium in ordinem redegit, ac in unum corpus sive vo-  
lumen congregata *Principi Stephano Báthori* perlustranda & dijudicanda  
proposuit, quæ ipsa deinceps non tantum ab eodem Báthoreo appro-  
bata, sed ab ipso quoque Rege Hung. gloriofissimo *Leopoldo I.* con-  
firmata sunt. Ante istam autem Codicis hujus promulgationem,  
*Saxones Transylvani* ad decidendas civiles & quæ ac privatas contro-  
versias, *Codice* aliquo *Legum MSto Noribergensi* fuerunt usi, qvi ho-  
die adhuc Cibinii Transylvaniæ urbe, diligenter asservatus, recens

electis Reipublicæ suæ Senatoribus normam quasi regiminis futuri præbiturus ad perlegendum solet exhiberi.

## G.

*Scripta.* **Garbitius** Matthias, slavus, popularis Flacii Illyrici, Græcarum Literarum Professor Tübinger, qvondam Publicus, edidit: *Orationem funebrem in obitum Johannis Sichardi Icti. Orationes duas, editas cum aliis Orationibus Professorum Academiae Tübinger A. 1557. Item varia Carmina. In Hesiodi Opera & Dies interpretationem & Scholia. Basileæ apud Oporinum A. 1559. Item in Eschyli Prometheus ibid. Vid. Joh. Siml. Epitom. Biblioth. Gessn. f. 495.*

*Scriptum* **Gassitus** Georgius Hungarus, AA. LL. & Philos. Magister, vulgavit Clypeum Veritatis, titulo hisce verbis concepto: *Clypeus Veritatis, seu, Vindicia Narrationis Historicae Captivitatis Papistice, nec non ex eadem Liberationis Miraculose M. Georgii Lani Hung. Rectoris olim Gymnasii Carponensis in Hungaria, Observacionibus Theologico-Historico-Criticis cujusdam Anonymi oppositæ, quibus insertus est Helleborus Subscriptionistarum, Incerti Autoris. Seu Judicium de subscriptione ad Reversales Papisticas Sacerdotum quorundam in Hungaria, à Biga Juvenum Hungariae M. Georgio Gassitio, & Christoph. Mazario. SS. Theol. Studiosis editus, Vitterberga 1677. in 4.*

**Gelenius Jonas, s. Georgii** (qvod oppidum est in Hungaria tribus milliaribus à Posonio distitum) in lucem susceptus, Vir meritissimus, factus ex Palæo-Dresdensi Rectori, Scholæ Crucianæ, ab obitu Egenolphi, cuius discipulus in eadem fuit, Rector, & adhuc dum eorum, quibus præest, commodis utilitatique servit egregiè. De Scriptis hujus Gelenii in novis literariis Germaniæ, quæ Hamburgi colliguntur, passim mentio injicitur, & imprimis sub A. 1703. p. 139. tituli plurium Programmatum, de variis argumentis editorum hoc enumerantur ordine: *De Romanorum Gentilium in cele-*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

63

celebrandis Calend. Januariis ineptiis: De inclyti Germaniæ fluvii Al. *Scripta.*  
 bis appellatione, origine atque incrementis: De vera libertate: De  
 Concentu Orbium cœlestium: De Familia Principum emortuis, & de  
 infelicitate postremorum suæ stirpis: De Carcere corporis & ani-  
 mæ medico: De Utilitate Declamationum: De varia seculorum ap-  
 pellatione: De Jesuitarum doctrina & eloquentia: *Theatrum Passi-  
 onis Christi: De Preceptis Eloqventia.* Præter multiplicitia autem  
 hæc & alia Programmata, *Carmina* quoque ab ipso edita extant quæ  
 plurima, lectu sanè haut indigna. De reliquo, quænam Judicium tum  
 de Hungarorum in genere ad scientias & artes bonas apprehenden-  
 das capacitate, tum speciatim de hoc *Gelenio* ferendum sit, *Adolphus  
 Claramundus*, genuino suo nomine Joh. Christoph. Rüdiger dictus, in  
*Vitis Clarorum in Re Literaria Virorum germanicè editis.* P. VI.  
 p. 173. in principio nempe Vite Andréæ Dudichii verbis exposuit se-  
 quentibus. Dass die Ungarn ein gut naturell zur Lateinischen  
 Sprache haben / und gute Köpfe solche hurtig zu reden/sol-  
 ches wird niemand leichtlich/welcher mit selbigen ist umge-  
 gangen in zweifel ziehen: Nur dieses ist die Frage/ob sie auch  
 geschickt seyn / rein und sauber Latein zu reden oder zuschrei-  
 ben ? Ob nun zwar etliche unter denen Gelehrten sind/wel-  
 ches (wiewohl ohne rechten Grund) in etwas zweifelhaft-  
 ig zu machen sich unterstehen / indem sie vorgeben/dass ihr  
 hitzig und flüchtig Temperament, wie auch die üble Auffüh-  
 rung und die Liebe zur Poesi, und vergleichen Ursachen dieses  
 zu hindern pflegten ; nichts destoweniger beziehe ich mich  
 vielmehr auf die Exempel etlicher netten Lateinischen Styli-  
 sten so sie gehabt / ich will jeho von denen schon etwas alten /  
 als Bonfinio, Sambuco, und andern nichts gedenken/sonder  
 nur den weltherühmten/Herrn Röschelium, und den Haupt-  
 gelehrten *Rectorem* zu Dresden/ Herrn *Gelenium* anführen/ *Elogium.*  
 welche auch durch ihren netten und sauberen Sylum den  
 Ruhm der Hungarischen Nation, erhalten hoffen/worzu nebst  
 vielen andern auch unser *Dudithius* etwas beyträgt &c.

*Quæ Germanica, in gratiam eorum, qui ejus idiomati sunt*

*sunt gnari, latinè reddere placuit h. m.* *Enimvero nemo credo faciliè in dubium vocarit, præsertim si quis familiarius cum Hungaris vixerit, eos singulari qvadam ingenii felicitate, in lingvæ latinæ amorem cultumqve propendere, & eximiâ eam promptè ac expeditè loqvendi facultate pollere,* *In hoc tamen cardo totius versatur controversæ: Num etiam illi ipsi capaces sint ornatè purèqve latinum stylum vel dicendo vel scribendo exprimere?* *Qvamvis autem non nulli ex Eruditis reperiantur; hoc ipsum (sine qvidem firmo aliquo fundamento) qui ausi fuerint in dubium vocare, ea potissimum de causa, qvod fervidum illorum atqve versatile temperamentum, qvin etiam prava illorum ad apprehensionem ejus manuductio, nimiaqve in Poësin propensio, & plura similia obstacula, non possunt permettere, ut exoptati in Latinitatis stadio fieri queant progressus.* *His tamen omnibus non attentis, ad exempla provoco qvorundam eximiorum Hungarico sangvine cretorum Oratorum, qui terzo suo sermone latino, & insigni differendi dexteritate egregiam nominis famam in orbe consecuti sunt literario.* *Ut enim de Bonfinio, Sambuco, aliisque vetustioribus qvibusdam Scriptoribus Hungaricis verba nunc non faciam, s. litem commemorare liceat Virum famigeratissimum Dn. Röschelium, atque omnigena eruditione instructissimum Dn. Geleñium, Gymnasii in Electorali urbe Dresdensi scholastici Rectorem meritissimum, qui sanè duo Viri eleganti sua latinè differendi præstantia, gloriam Gentis Hungaricæ circa latinitatis purioris cultum partam, omnibus modis tueri annituntur; cui asserto stabiliendo, præter plures alias Hungaros, Dudithius qvoqve Exemplum præbuerit haud contemnendum.*

*Scripta.*

*Greibingius* Valentinus, *Coronâ Transylvanus*, Vittenbergæ Magistri honoribus adeptis, & variis Collegiis in gratiam Philosophiae Studiosorum apertis, geminas Disputationes de Atheismo eruditorum examini ibidem suo sub Præsidio exhibuit A 1677. Respondente *Georgio Tutto, Kis-Senkinò-Transylvano..* in 4.

*Gelous* Sigismundus, *Transylvanus*, scripsit *Historiam Francisci Spiera Civitatulanî, qui ob fidei sanioris abnegationem in sum-*

*summam incidit desperationem, excusam Basileacum doctorum aliquot Scriptarum  
qvot virorum prefationibus, A. 1550. Ex Euripide vertit aliquot  
Tragadias, quarum tantum excusa est, Orestes, Basileæ, 1550. apud  
Joh. Oporinum. Idem scripsit Orationem de Beatitudine: Quaestio-  
nem, An honesta natura sint, an vero opinione. Patavii excudit Ja-  
cob. Fabrianus Anno. 1549. Vid. Joh. Simler. in Epit. Biblioth. Gesn. f. 627.*

## H.

*Hadikius Johannes, Trentschinii in Hungaria natus, Pa-  
stre Johanne Hadikio, Pastore primario & Seniore Trentschiniensi,  
primum in Schola Illavensis oppidi Hungariae Rectoris munus susci-  
nuit, postea ad officia Ecclesiastica promotus, intra 15. annorum  
spatium, quadruplici functioni successive admotus, Verbi divini præ-  
dicatione & Sacramentorum administratione Auditorum suorum sa-  
luti vigilanter prospexit. Ob constantem verò Evangelicæ doctrinæ  
confessionem, tandem à Romano Catholicis in exilium pulsus,  
Concione aliquâ germanicâ typis impressâ sibi aliisqve sinceris Chri-  
stianis, solatum ex afflictionum persecutione afferre conatus est,  
eujus titulus se habet h.m. Regia Cæli, Himmels-Straße/ An-Scriptum  
gusta Porta, Arcta Via, enge Pforte/ schmäler Weg / ach und  
weh ! das ist : Summarische und Exemplarische Erklärung/  
wie wir Christen müssen durch viel Kreuz/ Trübsahl / An-  
fechtung/ und grausame Verfolgung in das Himmelreich einz-  
gehen / das wir seelig werden / Matth. 7. Und die Pforte ist  
enge / und der Weg ist schmal / der zum Leben führet / und  
wenig sind ihr/die ihn finde. Einfältiglich verfasset / aber  
mit schönen tröstlichen suspiriis oder Sprüchen der Heiligen  
Schrift gezeichnet / durch Joh. Hadikium, geliebten Evangelischen  
Predigern in Ungarn an vier unterschiedlichen Orten/  
bey 15. Jahr / wie auch derselben Seniorem / nunmehr aber  
in das 6. Jahr betrübten Exulanten. Gedruckt im Jahr Chri-  
sti 1679. in 4.*

**Judici-** *In Testimonia Lipsiens. Academ. à M. Christophoro Pfantz  
P.P. & Academia A. 1676. die 23. Maj. Rectore Magnifico, Johanni  
Hadikio dato, atque concioni huic prefigo, leguntur seqq. Hodie  
cum in aliis Christianis cum cruce multiplici confistantibus, tum  
in Exulibus, maximè Hungaricis, atque adeò in hoc quoque Viro Per-  
reverendo Doctissimoque Dn. Johanne Hadikio, Pastore ante hac Ec-  
clesie Ugroensis in Hungaria fidelissimo, sed ob constantem Evan-  
gelicæ doctrinæ confessionem in exilium expulso CHRISTVS pati-  
tur: Non tantum autem patitur CHRISTVS, sed triumphat etiam,  
triumphabit certe, & causam exulum suorum aliquando, & forsitan  
brevi, quam potentissimè defensabit.*

**Hainál** Matthias, *gente Hungarus, patriâ Tyrnaviensis,*  
Societati Jesu insertus A. 1598. ætat. 20. Vota 4. professus est: post  
traditas humaniores literas, in variis Missionibus, saluti proximo-  
rum paviter annis undetriginta se impendit, decessit Vienæ die 28.  
**Scriptum** Maj. A. 1644. Edicit Hungaricè, tecito suo nomine: *Cor Jesu sa-  
crum, Imaginibus, Rhythmis, Orationibus expressum. Vienna  
1629. in 12. Vid. Alegamb. in Biblioth. Script. Soc. Jesu. fol. 337.*

**Haller** Johannes, *Lib. Baro Transylvanicus ab Hallerstein, Ro-  
mano Catholicæ fidei strenuus propugnator, literis non minus elen-  
gantioribus, quam virtutibus insignioribus ornatissimus, typis vul-  
Scriptum gavit: Triplicem Historiam hungarico stylo exaratam A. 1690.*

**Hammerus** Nicolaus, *Coronâ-Transylvanus, A. 1585. in  
scriptum puteum prolapsus obiit. Compo. sicut libellum de Propositionum natura.  
Vid. Königii Bibl. Vet & Nov. fol. 378.*

**Haner** Georgius, *Schesburgô-Transylvanus, AA.LL. atque  
Scripta. Phil. Magister, conscripsit Historiam Ecclesiarum Transylvanicarum,  
inde à primis Populorum Originibus, ad Annum usque 1694. Ex va-  
riis iisque antiquissimis & probatissimis Autoribus, abditissimis Ar-  
chi-*

## HUNGARIAE LITERATÆ. 167

*shivis & fide dignissimis MStis IV. Libris delineatam. Prodiit Lipsiae Scriptum  
1644. apud Joh. Christoph. Folginer.*

*Heblerus Matthias, Saxo-Transylvanus, AA. LL. & Phi-  
los. Magister; Superintendent Generalis Ecclesiarum Evangelicarum  
in Transylvania, Vir admirando ingenio, doctrinâ & eloquentiâ,  
magnificaque vi explicandi, quæ animo conceperat, præditus, se-  
cundum quidem assertum Georgii Haneri p. 256. Historia sua Transylva.  
Præcipuus erat Autor Opusculi Transylvanicæ circa A. C. 1561. in ne-  
gotio S. Canæ ad quatuor Germania Evangelicas Academias emissi, pro-  
pter Crypto Calvinianos, qui passim in Transylvania irrepserunt.*

*Heltai Casparus, Hungarus, floruit Seculo P. C. N.XVI.  
apud Protestantes in Hungaria, evulgatiqve Chronicon Hungarie, Scriptum  
Claudiopoli 1575. in 4. Item Librum de Rebus præclarè gestis Matthia  
I. Hung. Regis, Latine & Hungarice. Vid Eund. ibid.*

*Henkelius Johannes, Leutschoviensis Hungarus, ex Hun-  
garia in Silesiam perveniebat, cum Johannes Turzo, Eqves Polonus,  
cujus Pater intra Pannonię Eqves Comitatū Sepusiensis erat, &  
Polonis & Hungaris, propter Originis suæ communionem, conspe-  
ctiore modo, præsertim Episcopus Vratislavensis, faveret & con-  
suleret. Hujus ope, jam in publicum Eruditionis testimoniū, so-  
lenniter, J.U. Doctor creatus, locum inter Vratislavensis Ecclesiæ  
Cathedralis Canonicos imperrabat. Deinde A. 1539. die Novembr.  
5. edebat spiritum apud Vratislavenses: in qvorum Cathedrali tem-  
plo S. Johannis, ante majorem chorū sepultus jacet. Ibi suo Ami-  
.co singulari Petrus Prokendorfius J.U.D. & Matthias Auctus Med.  
Doctor, posuerunt hoc Epitaphium:*

JOHANNES HENKELIUS, LEUTSCHOVIENSIS,  
IURUM DOCTOR, HOC SUB SAXO CONDITUS MELIORAM  
VITAM EXPECTAT. V. NOVEMBR. A. MDXXXIX.

*Verbis præterea subjectis hīce:*

*Petrus Prokendorf. U. J. D. Canonicus Vratislavensis & Mat-  
thias Auctus, Medicinarum Doctor, venerabili & præclaro Viro  
Dn.*

Dn. Johanni Henkelio Decretorum Doctori, Canonico hujus Ecclesiae, Executores FF. Anno 1540:

*Imus ab hac vita morientes: nec moræ, sic vos  
Ibitis, in quibus est nunc vita, vigorque manendi.  
Ibunt, sic omnes, qui posteritate sequentur.*

Ex Martini Hankii Præceptoris olim mei honorandi Tract. de Silesiis Alienigenis Eruditis cap. 13. p. 370.

De hoc eodem Henkelio in *Joh. Henrici Casp. Fil. Cunradi Silesia Togata à Casp. Theophil. Schindlero* edita, distichon sepulchrale legitur ejusmodi:

*Eunomia condire meos per sepe labores  
Sum solitus; Mystra hinc dico & Evidicus.*

*Hermannus David, Mediensis Transylvanus, Annales conscripsit Rerum Transylvanicarum accuratissimos, quorum MSSta in plurimorum Eruditorum tum Hungariæ, tum Transylvaniæ Bibliothecis asservantur, quæ ut aliquando typis vulgarentur, multorum Eruditorum Patriæ vota sunt flagrantissima, ut pote lucem affusa Historiæ Hungaricæ uberiorem, clarissimamque. Allegat eosdem Annales freqventissimè G. Haner, in Historia sua Eccl. Transylvanicarum.*

## S. HIERONYMUS PATER PRIMITIVÆ ECCLESIAE

Natione Slavus, (secundum alios Pannonus) Stridonem urbem in Pannoniæ & Dalmatiæ confinio olim situm, quod à Gothis Pannonię vastantibus eversum est, natalem habuit: ceu ipse de se teatur, in fine catalogi scriptorum suorum. *Patre Eusebio, homine Christiano, natus est A. C. 329.* si modo recte ponant calculos, qvi illum nonagesimo primo ætatis anno obiisse scribunt. Melioribus disciplinis ab ipso puero eruditus, optimos in quovis genere præceptores nactus est, in Grammaticis Donatum magni nominis Ro-

mæ

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 169

mæ (qvò puer adhuc missus est Hieronymus) Grammaticum, in Rheticis Victorinum Eloquentiæ ibidem professorem, uti postea in Hebraicis Bar-hanina, aliosqve Judæos ægrè & non levi pretio conductos: in sacris verò literis Gregorium Theologum, Apollinarium Laodicenum, Paulinum Antiochenum, & semicanus jam factus Didymum Alexandrinum; Deus bone, qvales & qvantos viros! Adultâ jam ætate baptizatus, Româ relicta, in exteris Regiones peregrinari cepit. Gallias omnes undiqvaqve perlustravit, omite Bonoso condiscipulo, omnesqve Bibliothecas diligenter perquisivit; Treviris aliquandiu substitut, ubi ingentem Hilarii de Synodis librum ab illo rogatus suaptè manu descripsit. Hinc Aquileiam petiit, ubi cum Rufino Presbytero Aqvilejensi amicitiam contraxit, inde per Dalmatiam, Thraciam, variasqve Asiæ provincias Evagrio viro prædivate Antiocheno, & Heliodoro condiscipulo comitibus Antiochiam perrexit; ubi in morbum gravissimum incidit, sed Evagrii hospitio usus convaluit. Exinde Monasticum vitæ institutum amplexus, ac multis secessis locis tentatis & mox desertis, tandem anno ætatis tricesimo, in solitudine horrida Syros & Agarenos inter per quadriennium confedit, ubi rebus necessariis Evagrii sumtu suppeditatis, pietatis ac litterarum studiis impenso animi ardore incubuit, lingvas Orientales addidicit, & ad scribendum se accinxit. A.C. 378. à Paulino Antiocheno ad Presbyterii gradum elevatus est, à quo tempore præsertim inclaruit, paulò ante Concilium Oecumenicum Constantinopolim profectus; ubi Gregorium Theologum studiosè audivit, & Præceptorè usus est. A.C. 382. Paulinus & Epiphanius literis Imperialibus Roman acciti, *Hieronymum* ex Oriente vitæ comitem secum abdu-  
xerunt. Romæ coimmoratus, apud Paulam pietate ac nominis splen-  
dore illustrem matronam per triennium divertit, maximam apud  
omnes famam ac nominis exillimationem assescutus; ita ut à Damaso  
Papa eligeretur, qvi sibi ab Epistolis consribendis esset, & à tota ple-  
be pariter ac Clero dignus acclamaretur, qvisummi facerdotii munere  
fungeretur. Post mortem Damasi A.C. 385. variis Origenistarum,  
(qvi eum in partes suas pertrahere frusta annisi erant) calumniis ex-  
agitatus, Roma discedere necesse habuit. Comite igitur Pauliniano  
fratre

## SPECIMEN

fratre navim concendit, & Cyprum delatus ab Epiphanio suscipitur. Inde Antiochiam pergit, & à Paulino deductus media hyeme Hierosolymam intravit, ubi multa se vidisse miracula, qvæque prius non nisi fama cognoverat, propriis oculis usurpasse profitetur. Anno sequenti in Ægyptum contendit, Monasteria Nitriensia lustravit; & Alexandriæ aliquamdiu hærens, *Didymum* audivit: verum nimio, qvod intet Monachos locum habere deprehendit, Origenismi studio offensus Palæstinam rediit, ac in vita monasticæ & senectutis agendæ, sedem rura Bethlehemita sibi elegit, ubi studia diligenter urgebat, scripta innumera confecit, plurimos Nobilium pueros curæ suæ commissos pietate & bonis literis instituit, illustre pietatis omnibus numeris consummata exemplum piis locorum sanctorum incolis præbuit, & clarissimis tam dignitate quam doctrinâ viris ad eum undeqvaque confluentibus, & oraculi quasi vice consulentibus, responsa dedit. Hic loci ingentes cum Rufino amico olim admodum familiariter, & Johanne Episcopo Hierosolymitano. Origenismi causam tutantibns, lites per plures annos exercuit; & Pelagii ejusque assertarum, Hæresim scriptis suis contudit. A. C. 410. plurimos ab Urbe Roma à Gothis expugnata profugos, Hierosolymam & loca sancta tendentes Monasterio suo benignè excepit, summaqve qua potuit, ope sublevavit. Tandem A. C. 420. famæ ac dierum satur, & senectute gravis, in secessu Bethlehemito rebus humanis exceptus est, ætatis suæ 91. Ut quæ de tanto viro dicenda sint, in pauca contraham; sufficit elogium, qvod ipsi olim dicavit *Prosper Lib. de Ingrat. non longè ab init. atate suppar.*

*Tunc etiam Bethlei præclarì nominis hospes,  
Hebrao simul & Graio, Latioque venustus  
Eloquio, morum exemplar, mundique Magister,  
Hieronymus libris valde excellentibus hostem  
Dissecuit, noscique dedit, quo turbine veram  
Vellent exorta lucem obscurare tenebrae.*

*Ego Philosophus, Rhetor, Grammaticus, Dialecticus, Hebraeus,  
Gracus, Latinus, Trilinguis, ut de se adversus Rufinum Apolog. 2.  
p. 233. loquitur. His adde qvod consummatissimus erat Theologus, &  
judice*

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

171

judice Erasmo Epist. Lib. 5. Ep. 19. omnium Christianorum, sine controvëria, longe tum doctissimus; tum facundissimus, & Theologorum Princeps. Cæterum qvod sanctissimi viri pace dictum sit, præfervidi erat & impotentis animi, qui affectibus suis nimis indulgebat; semel lacesitus, adversarios asperrim tractavit, & ab invectivâ ac satyrica scribendi vena vix ac ne vix sibi temperavit. Testes sunt nobis satis luculentæ inimicitiae, quas cum *Rufino* olim sibi necessario *Johanne Hierosolymitano*, *Foviano*, *Vigilantio*, aliisqve habuit. In hos arrepta levi qvavis occasione, & remota omni penè gravitate, tota convitiorum plaustra evomuit; nulla personæ, dignitatis, eruditio[n]is ratione habita. Et quid mirum? cum in ipsum D. Paulum Apostolum duram nimis & planè insolentem censuram exercere solet. Quoties ipsum ad criticas Grammaticorum regulas anxiè expedit, *Solæcismos* & *vitiōsam elocutionem*, & qvod sermone utatur triviali, Com. in Ephes. c. 3. Tom. 9. p. 215. 218. In Galat c. 3. p. m. 170. objicit, (ut Apologiam pro semetipso hac de rescribere necesse habuerit; *Nos*, inquit, quotiescumque *Solæcismos*, aut tale quid annotamus, non *Apostolum pulsamus*, ut malevoli criminantur e[st]c. In Gal. c. 6. p. 198) qvod profundos sensus alienâ lingvâ exprimere non valeret, nec curabat magnopere de verbis, cum sensum haberet in tuto: adeo que in Tit. c. 1. p. 263. non juxta humilitatem, ut plerique estimant, led[er]e dixisse Paulum, se sermone imperitum esse. Denique in Galat. c. 3. p. 176. *stultum cum stultis Galatis factum*, simplicioribus solummodo usum argumentis, & qua stulti possent intelligere. & penè de trivio: adeo ut ni præmisisset, secundum hominem dico, sapientibus displicere potuisset. Mitto plura in hominem Θεόπνευσον, & Apostolorum longè eruditissimum, durius dicta, ne viri doctissimi, & de Ecclisia optime meriti manes nimis sollicitare videar. In hoc etiam reprehendendus, qvod dum virginitatem immodicis prorsus laudibus efferat, de nuptiis minusè honest ac vereundè sentire videatur. Certè digamos tanquam scortis solummodo meliores facit, cum immundis Arcæ Noæ animalibus & serpentibus confert, mulieremqve secundas nuptias repetentem, cani ad vomitum, suiqve lotæ, ad volutabrum revertenti, comparare non erubescit. Vide Epist. ad Geron.

Geron. lib. advers. Jovin. & alibi passim. *Sed quisque suos patimur manes.* De ejus eloquentia unus Erasmus loc. cit. in illo, inquit, quæ phrasis! quod dicendi artificium! quo non Christianos modo omnes longo post se intervallo reliquit, verum etiam cum ipso Cicerone certare videtur? Ego certe, nisi me sanctissimi viri fallit amor, cum Hieronymianam orationem cum Ciceronianâ confero, videor mihi ne scio quid in ipso eloquentiae principe desiderare. Tanta in hoc nostro varietas, tantum sententiarum pondus, tanta Enthymematum volubilitas. Quod artificium in eloquentium literis indicare, ut difficilimum est, ita longè utilissimum.

*Ex Gulielmi Cavei Historia Literaria Scriptorum Ecclesiasticorum. P. I. f. 153. & seq.*

Plura Elogia atque Censuræ ex variis Scirptoribus de promtæ:

*Elogia.*

Fuit Hieronymus, *Augustino teste lib. I. contra Julianum c. 7.* eâ memoriâ, ut Hebræorum, Græcorum, Chaldæorum, Persarum, Medorum, Arabum, & Nationum penè omnium lingvas & literas calluerit: Eâ diligentia, ut omnes vel fere omnes, qui ante illum ex ultraque parte Orbis de doctrina Christiana scripserant, legerit. *Hinc in Appendice Epistolarum Augustini, ad Cyrrillum Hierosolym. Episcopum* (quam Epistolam tamen non videtur *Augustini* calamus effudisse,) hoc de Hieronymo scriptum est: Nullus hominum scivit, quod Hieronymus ignoravit.

Nec S. Hieronymum, quia Presbyter fuit, contemnendum arbitris; qui *Graco* & *Latino*, insuper & *Hebreo* eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sacris atque in literis sacrī usque ad decrepitam vixit ætatem: cuius nobis eloquium ab Oriente usque ad Occidentem, instar lampadis, resplenduit. S. *Augustin.* contra *Iulian.* l. I. c. 7.

*Hieronymus* Catholicorum Magister, cujus scripta per universum mundum, quasi divinæ lampades rutilant. *Ioan. Caffian.* contra *Neftor.* de Verb. incar. l. 7.

Vir enim præter fidei meritum, dotemque virtutum, non solum *Latinis*, atque *Gracis*, sed & *Hebrais* etiam ita literis institutus

tutus est, ut se illi in omni Scientiâ nemo audeat comparare. --- Concivit odia perditorum. Oderunt eum *Heretici*, qvia eos impugnare non desinit; oderunt *Clerici*, qvia vitam eorum insecta-  
tur, & crimina. Sed planè eum boni omnes admirantur, & di-  
ligunt; nam qvi eum *Hæreticum* esse arbitrantur, insaniunt. Verè  
dixerim, catholica hominis Scientia, sana doctrina est. Totus  
semper in lectione, totus in libris est; non die, non nocte requi-  
escit; aut legit aliquid semper, aut scribit. *Sulpic, Sever.* in Dialog.  
I. de Virtutibus Monachorum Orientalium.

*Hieronymus* Doct̄or omnino Clarissimus, contra Hæreticos leo  
rugiens, (hinc juxta quosdam cum leone pingi solitus) & com-  
munet totius Orbis oraculum. *Job, Gottesfrid. Olear.* in Abaco Patrum.

Instruit ut *Hieronymus*, destruit ut *Laetantius*, adstruit ut Au-  
gustinus, attollitur ut *Hilarius*, submittitur ut *Johannes*: ut Ba-  
silius corripit, ut *Gregorius* consolatur, ut *Orasius* affluit, ut *Ruf-  
finus* stringitur, ut *Eusebius* narrat, ut *Eucherius* solicitat, ut  
*Paulinus* provocat, ut *Ambrosius* perseverat. *Sidonius de Clau-  
diano Epist. 3. Lib. IV.*

Divus Hieronymus, ut divitem qvandam & omni disciplina-  
rum & Autorum genere constructam penum habuit in pectore; ita  
nemo doctrinæ suæ opes in Scriptis ambitiosius, ut ita dicam,  
oscentat. Adeo sancta qvadam gloria, qvicqvad in Veteri, qvicqvad  
in Novo Testamento retrusum, qvicqvad in fabulis, in historiis,  
qvicqvad in Hebræis literis exquisitum, id objicit, infulcit, incul-  
cat. *Erasmus Roterod. in Adagiis p. 333.*

Quantum in *Hieronymo* antiquitatis, quantum Græcarum lite-  
rarum, quantum Historiarum? tum qvæ Phrasis, qvod dicendi  
artificium, quo non Christianos modò omnes longo post se inter-  
vallo reliquit, verùm etiam cum ipso Cicerone certare videtur.  
*Idem Epist. 19. Lib. V.* Hieronymum unum habet Ecclesiasticus Or-  
bis, utraqve doctrinâ *Sacra & Gentili*, ut vocant juxta absolu-  
tum. *Idem Epist. 15. Lib. IX.*

Qvicqvad habemus in Danielem, illud *Hieronymo*, debemus,  
hic verò *Porphyrio* Christianorum hosti jurato. *Hieronymus non censure*

adèò doctus erat ac perhibetur ; admodum ignarus erat ; ad superstitiones mulierculas scribebat. Per nebulam tantùm Hebræa novit, quantum edoctus à præceptore , nam Grammaticam nuncquam habuit, usu didicit ; Hieronymus quamvis Græcam & Hebrewam lingvam bene calluerit, Biblia tamen sèpius perperam interpretatur & intelligit. Pleraque illorum quæ scribebat non intelligebat, ut Serarius, sed bonus est qvoad illa qvæ ejus ævo gerabantur ---- Melior est in iis qvæ ad Ethnicos spectant quam in Theologicis. Nimis vehemens fuit, præsertim adversus Jovinianum & Vigilantiam , quamvis immerito, ut ipse Erasmus id agnoscat---- Qvicqvid dicat Hieronymus , est Origenista. Miserrimè est commentatus in Prophetas. Hieronymus in Vetus Testamentum multam laboravit & non contemnenda dixit. Erat bonus Hebrewus Joseph. Scaliger in alteris Scaligerianis p. 109.

Patrum post Origenem doctissimus est dubio procul S. Hieronymus , qui Latinorum Origenes qvodammodo dici potest; quia revera eadem in Biblia Opera Ecclesiæ Latine tradere affectavit, quæ Ecclesiæ Graeca tradiderat Origines. Imò in hoc Origenem vincebat qvòd Hebraica Lingua illo valde peritior erat, freqventijsque cum Iudeis sui temporis quam ille commercium habuerat. S. Hieronymus tamen adèò subtilis & perspicacis ingenii non erat ac Origenes. Unde etiam in allegorias & in spirituales sensus tam freqventer non excurrit; & præterea ejus Allegoriæ merae interdum Etymologiæ meraque animi ex allusione ad voces obiectamenta. Sed dici potest eum supra cæteros omnes Patres ornatum fuisse dotibus necessariis ad Scripturam Sacram rite interpretandam; quia Hebrewam, Chaldaicam, Græcam & Latinam lingvam callebat. Non modò legerat & examinaverat Græcas Versiones quæ in Origenianis Hexaplis erant, sed insuper cum doctissimis sui temporis Iudeis sermones contulerat, nihilque fere in Scripturam ipsis inconsultis faciebat. His addi potest, eum omnes Autores cum Græcos tum Latinos legisse, qui in Biblia ante se scripserant. Denique in profanorum Authorum libris versatus erat ; Adeò ut dici possit eum præ qvocunque alio Patre instrutum

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 175

Etum fuisse iis omnibus quæ ad Sacrorum Librorum *Interpretem* efformandum conducere valent. Non est tamen semper accuratus, quia non satis meditabatur, & quia plerumque Scribis suis tantum dictabat, ut ipse refert, quæ in aliorum Commentariis legerat, aut quæ à *Iudeis* acceperat. Quapropter ipsi tribuenda non sunt quæcunque in ejus Commentariis occurrunt, ejusque in *Scripturam* Observationes. In illis enim explicationes minimè *Orthodoxas* affert, quas in *Iudaorum* vel *Hæreticorum* libris legerat, ut ipse fatetur; traditis etiam Regulis ad ea in suis Scriptis distingvenda quæ vere sua erant, ab iis quæ non erant. Diluit hoc pacto quod ei de ejus inconstantia & opinionum diversitate exprobabatur.---- Optandum esset eruditum illum Patrem tempus habuisse diutius meditandi, & quæ in Commentariis *suis* scriperat, relegendi, ut ad saniores opiniones mentem determinaret. Cæterum nemo est inter veteres Authores, apud quenam *Scripturæ* literalem sensum melius quam apud S. *Hieronymum*, ediscere liceat, qui tamen à plerisque Theologis hodiernis magni non æstimatur, quia nimis aridus & nimis criticus ipsis videtur, & quia negligunt studium Lingvarum *Græca* & *Hebraica*, absque quarenum notitia impossibile tamen est ejus Opera legere posse. Et sanè non semper se in eadem sententia esse ostendit, quodque uno loco approbat, idem alibi reiicit: Eundem hominem laudat & culpat, pro variis rationibus, ob quas de ipso loquitur. Modò Septuaginta Interpretum Versionem cæteris omnibus præfert, eosque tanquam Prophetas suspicit; modo ignorantiam eorum ipsis exprobrat, eorumque Translationem despicit. P. Richard. Simon. Hist. Crit. Veteris Testam. I. 3. c. 9. Gall.

*Quod de Cardinalatu S. Hieronymi quidam commenti sunt, merito exploditur ab eruditis, cum ejus tempore nondum dignitas illa Cardinalitia in Ecclesia nota fuerit.*

Scripta Hieronymi omnia, tūm genuina, tūm dubia, tūm spuria, tūm desperita, tūm aliena ipsi tribus foliis, longa serie exhibet Idem Cave. I. c. fol. 154. & seqq. Item Joh. Simler. in Epit. Biblioth. Gesn. fol. 296. & seq. Opera vero Hieronymiana omnia proceduntur

dierunt junctim curâ Erasmi Roterdami IV. Vol. regalis pagyri, Basileæ A. 1516. 1526. 1553. (quæ nitida planè est & accurata editio) 1565. Romæ A. 1566. 1572. (quam ab erroribus Erasmi purgatam esse monet Bellarminus de Script. Eccles. p. 40. an idem sequentibus Pontificiorum editiōnibus contigerit, viderint Eruditii) 1580. Antverpiæ (curâ Marianæ Victorini) 1570. Coloniæ 1616. Parisiis, 1535. 1546. 1579. 1602. & alterâ editione 1623. IX. Tomis, cui varia Observationes & emendationes accesserunt. Francofurti ad Mæn. 1684. XII. Tomis una cum omnibus omnium notis, scholiis, censuris, indicibus, aliisque ad Hieronymi Opera aspectantibus Collectaneis quibuscunque, quæ tribus ultimis Tomis comprehenduntur.

Psalterium ex Hebraico ab ipso Hieronymo Latinitate donatum. Plurimum laborem Hieronymus S. Scripturæ partim de novo vertendæ, partim emendandæ impedit. Juvenis adhuc totum Vetus Testamentum Latinum cum Græcis Hexaplorum Codicibus collatum emendavit, additis, ubiqvæ aliquid mutaret, notis & asteriscis. Qvosdam etiam Libros & in his Psalmos è Græco accurate convertit. Verùm ista Versio dudum periiit; qvin & Psalterium postea Latinum à Damaso rogatus ex Lucianeā ῥò editionibus correxit, qvod ab eo correctum à Romana Ecclesia statim usurpari cœpit, & in Bibliis vulgatis hodienum extat, uti & Testamentum Novum pari modo ab Eo ex Græcis fontibus repurgatum. Qvin etiam Græcam ῥò LXX. versionem ex melioris notæ exemplaribus correctam atqve emendatam in studiosorum usum edidit. Ætate provectionis in secessu Bethlemitico omnes Veteris Testamenti libros à Iudeis pro Canonis habitos ex Hebraica veritate in Latinum sermonem convertit, qibus etiam addidit Librum *Judith.* & *Tobiae* ex Chaldaea lingva versos. Ex hac versione hodie extant liber *Psalmorum* (qui inter Opera ejus legitur) & Prophetæ. Prophetarum enim versio Hieronymiana in vulgatis Bibliis, levem admodum mutationem passa, habetur, integra verò ac pura extat in Commentarios ab eo versosejus in Prophetas. Qvod ad ceteros V. Testamenti libros satinet, qvicqvad ex iis extat in vulgatis Bibliis conservatur, cum antiqua versione Latina ex Græco facta permixtum ac confusum, adeo

ut

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 177

ut qvænam sint Hieronymi, quænam antiquæ versionis vix ac ne **vix** dignosciqveat. Denique mihi notare liceat Hieronymum, ut reliquorum *Novi Testamenti* librorum, ita & Epistolarum Canonicarum novam versionem adornasse. His Prologum præfecit ad *Eusebium Virginem*, qui etsi in omnibus penè Co. Id. MSS. reperiatur, in impressis tamen raro habetur; etiam in editionibus Erasmianis desideratus. Præmisit eum expositioni suæ in Epistolas Canonicas *Nicolaus de Lyra* Tomo ult. fol. 209. In hoc Prologo dico præcipue nos docet Hieronymus. *Primò* in Codicibus Latinis suo tempore D. Petri Epistolas inter septem Canonicas primum locum tenuisse: *ut quia Petrus primus erat in ordine Apostolorum, prima etiam ejus sunt Epistole in ordine ceterarum.* Ipse verò, Græcos Codices fecutus, eas proprio ordini restituit. *Secundo* decantatissimum illum S. Johannis in prima Epistola de *Trinitate* locum ab infidelibus translatoribus. (*Arianos præcipue intelligit*) deletum esse, *Patris, Verbi, & Spiritus S. testimonio penitus omisso.* Unde nil mirum videri debat, si in tot Codicibus MSS. hodie desideretur. *C. Cave ibid. fol. 156. Et fol. 51. Part. II. pergit:* hieronymus natione *Slavus*, Presbyter & Monachus, claruit sub Theodosio Magno circa A.C. 386. certè Theodosio adhuc imperante, id est, ante annum 395. ut ipsemet testatur. Condidit *Historiam de Vitis Sanctorum* in Ægypto. Extat Græcè MS. in Bibliotheca Colbertina, Cod. 121. hanc ferè verbo tenus exscripsit, & in *historiam suam Lausiacam transfudit Palladius*. Freqventer eam in *Glossario Graco* citat nobilissimus du Fresne. Hunc librum procul dubio designat Hebedjesu *libr. Chald. cap. 54.* ubi refert Palladium & Hieronymum conscripsisse *Librum Paradisi, & Colloquium Seniorum cum Regibus*, contentum tribus Tomis. Nostri etiam, ut videtur, est Hieronymi, illius Græci Theologī *Dialogus*, Iudæum inter & Christianum, de *S. Trinitate*, qvem editit Morellus Parisiis 1612. in 8. Auctorem Θεολογικῶν, neque admodum recentem fuisse, dicit, ipsumqve Opusculum pium, & Attico sermone scriptum esse. *Conf. Combec. Not. ad Anonym. Demonstr. Chronogr. p. 66.*

*Petrus de Réva in Traet. de Monarchia & S. Corona Regni Hung. fol. 147. Slavonicam Bibliorum versionem Hieronymo tribuens ; Slavorum ait genus ab ipso usqve Japeto Noæ filio repetunt. ii, qvi Polonorum & Bohemorum Annales conscriperunt. Ex hac gente D. Hieronymus prognatus fuit, & popularibus *Vetus Novumque Testamentum sermone Slavonico interpretatus est*, Gratiano & Theodosio Imperatoribus. Illâqve interpretatione etiam hodie Illyrici, tum in Hymnis Divinis, tum aliis sacris utuntur, &c.*

*Plura de S. Hieronymo legi possunt apud Possevinum in Apparat. Sacro. Tom. I. p. 747. & complures alios Autores.*

*Hoffstetterus* Johannes Adamus, *Cremnitio-Hungarus*, qui absolutus in Patria studiis humanioribus, Vittebergæ atque Hallæ Saxon. studia Medica prosecutus, in iisqve titulum Doctoris Hallæ consecutus, nunc Hafniæ in Dania domicilio fixo, dignitate *Consiliarii atque Archiatri Regis Daniae* fulget. Inter alia ejus opuscula, quæ oculis meis hactenus in Germania obvenerunt, unicum est, cu*Scriptum* jus titulus : *Kurze Erklärung der Frage : Ob der natürliche und rein gewachsener Zinober als eine Arznen in den Menschlichen Leib ohne Gefahr gebraucht werden könne ? An Seine Königl. Majestät zu Dänemarck und Norwegen ic. Seinem allernädigsten König und Herrn gestellet von D. Joh. Adam Hoffstetter etc. Prodiit Lipsiæ 1708. in 8. Hoc ipso in opusculo mentionem quoque injecit alterius cuiusdam à se edendi Tractatus, de Cinabri nempe Artificiali.*

*Honterus* Johannes, vitales auras hausit in urbe *Tran-sylvania Coronâ*, qvæ alias græcè appellatur *Stephanopolis*, hungaricè *Braßó*, germ. *Cronstadt* is acceptam à Majoribus suis famant præclaris ingenii sui excellentissimi monumentis sic extendit, ut seculi sui Varro non immerito potuerit nominari. Sanè Rhetor fuit, Philosophus, & speciatim Mathematicus sui temporis memoratissimus, Artiumque Liberalium Magister ac Professor clarissimus

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 179

mus. Studia sua jactis eorum in Patria fundamentis, gnaviter tractavit, & qvidem primùm in *Academia Cracoviensi*, ubi præceteris sapientiæ Doctoribus præceptorem sibi adoptavit, curriculoqve Academicí Moderatorem elegit *Job. Arundinensem*, qui postea Canonicus & Concionator *Leopoli* exitit, & de *sacratiſſimo Eucharistiæ Sacramento* libellum edidit: Cracoviâ deinde relictâ in *Basileensem*, antiquissimam illam & tum temporis florentissimam se contulit Universitatem, celeberrimorum ejusdem Professorum fama & docendi dexteritate non minus ac sedulitate commendantorum præcipue allectus, ubi multos annos insigni tum sui ipsius, tum maxime Patriæ bono, vario studiorum generi solertissimè impendit, cujus deinceps lumen evasit nequaquam vulgare. Basileâ in Patriam reversus Reformationem dogmatum Pontificiorum instituere secum agitabat, ad quam magis magisque provehendam, sumtibus propriis Typographiam, cum omnibus ad eam exercendam necessariis requisitis instruebat, præfectis eidem hujus artis viris peritissimis, quorum operâ impressa varia opuscula scholastica, ad emolliendos hominum animos sunt divulgata, eoque ipso utilitati publicæ egregie consultum fuit, præcipue verò *Lutheri* quibusdam libellis ac *Augustana Confessione*, itemque aliis doctrinam Evangelicam in se continentibus opusculis, ante hac nonnisi ex Germania parce admodum & magno pretio apportari solitus, è prelo emissis, populares suos ad meliorem mentem reducere, & ad mansuetiores literas pariter ac disciplinas, manu quasi ducere laborabat: Inde postea factum est, ut *Senatus Coronensis*, partim proprio pietatis zelo ac doctrinæ purioris conseqvendæ ardore impulsus, partim meritis Honteri in Rempublicam amplissimis collatis, excitatus, rerum divinarum curam, atque totum Religionis emendandæ negotium eidem committeret, primus Evangelicus in patria sua Præco ex suggestu Ecclesiastico ad populum habuit sermonem, dehinc adjuncto sibi sine mora *Matthia Calvinio*, nonnullis *Glaci* dicto, Viro & solidioris doctrinæ cognitione, & extemporalis facundiæ svavitate, & singulari parrhesiæ gravitate instructissimo, ex Capitulo Rupensi olim machinationibus *Statili*

## SPECIMEN

Episcopi *Albae-Julienſis* Rom. Catholici & Evangelicorum persecutoris acerrimi, ob Papatum vehementius impugnatū, expulſo, itemque *M. Valentino Vagnero Coronense*, lingvæ græcæ gnarissimo, nec non *Ioh. Fuchſio*, Reipubl. Coronensis Dictatore, Viro quā vitæ quā morum integritate valde conspicuo, *Reformationis ſive Doctrina Evangelica fundamenta* complectentem adornavit Libellum, in quo veræ ac salutaris, operâqve Lutheri repurgatæ fidei christianæ capita delineata palam omnibus legenda exhibebantur, tam felici qvidem successu, ut *Barcia universa* in Lutheri caſtra pertracta, Missam quoqve privatam in patria sua abrogarit, atqve Sacram Coenam A. 1542. sub utraqve specie administrari curarit. Alias certè commoda Coronensis urbis publica Honterus insigniter promovit, erecto in eadem Gymnasio Academicō & Bibliothecā optimis libris refertiſſimā conditā ac institutā. Cum igitur mortuo *Statilio*, & Honteri ejusqve Collegarum fidissimorum operā tranqvillitas quædam in Ecclesiis Transylvaniæ suborta videretur, Hungari Synodum convocabant *Tornam*, quæ urbs est haut inclebris Transylvaniæ, in qua ne à doctrina fidei in melius mutatā, mores ministrorum Ecclesiæ discreparent, conditis XIII. Articulis de officio ritè administrando, de vita sancte transigenda, deqve veste u decenti assumendo cautum est: Sed dum hæc ita A. 1549. agebantur, Saxones Transylvani *Honterum* suum, eopſe anno, rebus humanis exemptum esse, ingenti omnium cum dolore, perceperunt, quam subitaneam & præter omnem opinionem ingruentem mœſtiuam, dira mox calamitas, ex fatali quasi quadam Regni perturbatione, resultans, extrema quæqve Ecclesiis puriori doctrinæ adhærentibus minari videbatur, quæ tamen Deo ex machina succurrente, mitiore deinceps temperata est favoris favonio. Sepultus jacet Honterus *Corona* iā templo, cujus ossa verò cum fortè annis superioribus sepulchro aperto cadaver idiorum cūjusdam inferendum effet, inde exenta, & aliorum reposita, hodie quo in templi loco recondita sint plane ignoratur. Qvod ipsum affiſſione quoqve sua comprobat *David Frölieh. in Viatoris Parte posterior. lib. I. n. 411. p. 312.* Bibliothecam, inqviens, Typographiam,

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

181

am, Ecclesiæ & Scholæ reformationem (*Corona in Transilvania*) primum instituit *Ioh. Honterus*, cuius tamen ossa è sepulchro templi superiori anno imprudenter sunt effossa, & idiotæ cujusdam cadaver substitutum. (*Hic incidenter notandum, quod Transylvani sepulchra primaria Tropibus Turcicis vel Persicis pretiosissimis vice lapidum tegant.*)

De reliquo quod ad Patriam Honteri attinet, eam turpi ex errore *Coronam*, urbem quandam in *Borussia*; *Simon Staravolscius in Scriptor. Polonicor. Hecatontad. p. 57.* fuisse tradidit: præterquam enim quod hæc ipsa assertio nullius prorsus Autoris fide digni testimonio est stabilita, profecto tum ex supra jam commemoratis, tum ex infra quoque producendis Eruditorum nonnullorum, de Hontero judiciis, & speciatim quidem ex *Joh. Haneri Histor. Eccles. Transilv.* satis superque elucescit, non aliunde quam ex Transylvania, ejusque urbe nobilissima *Coronâ* natales Honteri esse arcessendos. Imò in illa ipsa urbe hodienum familia Honteria floret, quippe circa A. 1684. ex eadem oriundus homonymus M. Johannes Honterus Pastoris summi ibidem in Sacris officio fungebatur. Addelis *Georg. Matth. Königii Biblioth. Pet. & Nov. ubi f. 411.* lectori exhibentur verba ista: *Coronensem se vocat Honterus à Corona vel Cronstat Transylvaniæ oppido, quod nonnullis Zermegethusa dicitur.*

Scripta Honterum Autorem habentia, titulis vulgata sunt *Scripta hisce: Job. Honteri Coronensis de Cosmographia rudimentis Libri II. Basileæ, apud Henricum Petri 1534. in 4. cum Dionysii Afriver- sione. Liber prior Astronomiæ, posterior Geographiæ principia brevissime continet, cum catalogo de antiquis & recentioribus locorum nominibus.* Eadem Rudimenta impressa sunt in Appendix *Margarita Philosophica*. Ejusdem Rudimentorum Cosmographicorum Libri IV. hexametris versibus elegan- tissime descripti, cum Tabulis aliquot impressis *Corona in Transyl- vania, & Tiguri apud Froshoverum 1565 in 8. tandem Duysburgi 1595. in 4. denique Antverpiæ, 1610. 8. Quartus Liber nihil Cosmo- graphicum, sed variarum rerum quasi Catalogum texit, videlicet*

*partium corporis, animalium, artium, ciborum, morborum, &c.*  
*Eiusdem Rudimenta Cosmographica libris IV. distincta, cum anno-*  
*tationibus Bernhardi Formerii, ac Tabulis Geographicis ari incisis*  
*per Mich. Mercatorem, Basilea 1535. in 4. Ejusdem Enchiridion*  
*Cosmographicum, continens precipuarum Orbis regionum delineati-*  
*ones elegantissimis Tabulis expressas. Tiguri 1597. in 8 Ejusdem*  
*Tabula II. in Aratum Solensem, cum ejusdem versione impressa Ba-*  
*silee 1553. quibus circuli cælestes & omnes siderum imagines cla-*  
*rissime ob oculos ponuntur. Fertur etiam Honterus XXX. Libros*  
*Observationum Grammaticarum, itemque Libellum de variarum*  
*rerum nomenclaturis elaborasse typisque evulgasse in Transylvania:*  
*de quibus libris apud Simon. Starovolcicum in Scriptor. Polon. He-*  
*catontad. p. 57. mentio injecta est verbis hisce: Præter Cosmo-*  
*graphia Enchiridion, magno labore à se (Hontero) conformatum, etiam*  
*Grammaticis veteribus laudis nonnihil adimere conatus est, editis*  
*duobus Observationum Grammaticarum libris, quos in contuber-*  
*nio hungarico Præfectus, in gratiam suorum discipulorum dicta-*  
*verat. Addidit et de variarum rerum nomeaclaturis Libellum. Joh.*  
*Jacob. Hofmannus in Lexic. Universal. fol. 847. de Hontero ver-*  
*ba faciens, ait: Johan. Honterus, Cronstadius, Rudimenta*  
*Cosmographiæ Libb. IV. Mappas geographicas, Principia Astro-*  
*nomiæ & Geographiæ edidit.*

*Judicia.* Præter *Judicia & Elogia* de Hontero passim ab Autoribus lata  
 oppidò egregia, suffecerit heic tantum Michaelis Neandri, Basci,  
 & Vitellii adduxisse: Et qvidem Neander in *Nili Episcopi & Martyris*  
*Paraneseon pio admodum & eleganti libello evulgato; ita de Hontero*  
*in dedicatione eidem præmissa existimavit: Meum Autorem (puta*  
*Nilum) reperit aliquando in Bibliotheca quadam vetustissima,*  
*apud barbaros planè homines, in Valachia Joh. Honterus, Coronen-*  
*sis, vir doctissimus, & de literis in patria sua Transylvania optimè*  
*meritus, lingvarum ac totius Antiquitatis studiosissimus: dum ejus*  
*regionis & vicinæ Moldaviæ Bibliothecas excusit; Plura autem pro-*  
*cul dubio reperturus, & cum studiosis communicatus fuerat, si*  
*eum virum, quemadmodum etiam Vagnerum, utrumque doctissi-*  
*mum,*

mum, & lingvarum cognitione eximum, & Transylvaniæ suæ lumen clarissima, fata minus æqua ei terræ, & publicæ etiam utilitati, non invidissent. Porro eum Autorem (*Nilum*) quem Hontero, ut diximus, debemus, qui primus eum ex tenebris in lucem eduxit, ubi cum blattis, tineisque situ, & aliis hujusmodi bonorum librorum pestibus delitescens, diu bellum gesserat: cum Amici eum ex Transylvania ad nos misserent, ut publici eum usus faceremus, ex græco in latinum convertimus. Cujus libelli titulus latine expressus ita se habet: *Nili Episcopi & Martyris capita, seu Praeceptiones de Vita pie, Christianè ac honestè exigenda, graco-latinè, à Michaelo Neandro, Soraviense, conversa & exposita. Basilea 1559 fol. Idem Neander in Orbis Terra succincta Explicat. p. 130.* virtutes Honteri gratia memoriæ proseqvens. In Transylvaniæ, inquit, urbe Coronâ, & quidem in ejus Schola florentissima, cum celebritate ac fructu quodam singulare docuit aliquando *Johannes Honterus*, cuius tum alii libelli erudití reperiuntur, tum etiam libri duo de Cosmographiæ rudimenis, elegantes valde & eruditæ, ac illo nomine multoties excusi & recusi. Deinde *Basilius Scobresiensis* in libro *Carminum, de Libello Honteri de Variarum Rerum nomenclaturis, elegos cecinit hos sequentes:*

Honterus doctâ cum brevitate juvat,  
Flectere verba docet, verbis quoque jungere verba,  
Syllabicis modulis dulce sonare melos.  
Sive voles Latias exacte nosse figuras,  
Instruet istius pagina curta viri.  
Est hic acutus, habet certi quianil sine causa,  
Ad rem quæ faciunt parturit ille tuam.  
Et quianon animus numerosa mole gravandas,  
Præcipiens brevis est, dictatenenda notat.  
Hic brevibus, magnis quod non complectitur alter,  
Parvo cum magno sufficit iste viro.

Porro Vitellius laudabilem Honteri in bonis artibus & latiniis literis provehendis operam collocatam octo expressit his chorambis:

Quam-

*Quam* quantum barbaries, herba velut nocens,  
*Arvis* in Latii protulerat caput;  
*Tantum* promeriti de Studiis bonis  
*Quicunque* Hesperiis liminibus procul  
*Infamem* eluviem dira tonitrua  
*Doctis* Grammatica legibus auferunt,  
*Qualem* se Honterus praefitit, & Simul  
*Musis* ingenuam munditiem attulit.

Denique *Stravolscius* in *Scriptor. Polonic. Hecatontade p. 57.* Hon-  
 terum seculi sui Varronem appellavit.

Coronidis loco advertendum erit, propter facilem vocalis  
 O. cum U. permutationem, sedulò cavendum esse, ne pro Honteri  
 nomine Hunteri nomen usurpetur: Jacobus enim *Hunterus* gente  
 fuit *Sucus*, ob Epistolas Miscellaneas Viennæ Austriae A. 1931. editas  
 in Republ. Literaria Vir haut ignotus. Num verò dialecto Tran-  
 sylvanica Honter idem ac *Centum* apud Latinos significet, determi-  
 nare nolo; certe distichon hoc, nescio cujus, id ipsum evincere vi-  
 detur:

*Honteri fructus solertia centuplicatos*  
*Fert, centum grates hinc referamus ei.*

*Scripta.*

*Horváth* Johannes, Nob. Hung. de Palotz, scripsit Mne-  
 mosinen de IV. summis Imperiis: Item de Excellentia Monarchia Hun-  
 garicae, Patavii 1629. 4.

*Hunyadi* Demetrius, seu Hugnadinus (prout vocatur in  
 Disputatione Albana A. 1568. in qua cum ceteris Unitariis contra Tri-  
 nitarios disputavit, *Hungarus*, Superintendens seu Episcopus Uni-  
 tatorium in Transylvania; in quo munere Francisco Davidis succedit  
 A. 1579. Scriptum in quo Paedobaptismus &c, ab Ecclesia intermis-  
 sus, recipi & observari juberur, ex Blandrate consiliis collectum, &  
 Claudiopoli in Consistoriis A. 1579. die 14. Septembr. coram Senatu  
 prælectum, prout refertur in scripto Fratrum Transylvanorum ad  
 N. N. Defensioni Francisci Davidis inserto, p. 272. Ex Biblioth.  
 Anti-Trinitariorum Christoph. Sandii p. 86. J. Ja-

## J.

*Jacobinus* Johannes, gente *Transylvanus*, patria *Claudiopolitanus*, edidit *Narrationem rerum in Transylvania à Sigismundo Báthoreo, Principe Transylvaniae gestarum*, A. 1595. in 8.  
Habes hanc Narrationem etiam in *Collectione Scriptorum Rerum Hungaricarum* Bongarsii.

*Fárai* Samuel, *Hungarus*, Plebanus Claudiopolitanus, post *Scriptum Valentinum Radecium*, *Theologum Unitariorum*. *Edi curavit Tractat. de Divortiis in 4. & complura alia. Vid. Sandius in Biblioth. Anti-Trinit. p. 132.*

*Illyricus* Thomas, *Ejus est: Sermo de charitate, apud S. Scriptum Nicolaum de Portu*, A. 1525. *impressit Hieronymus Jacobus: Tractatus de laudibus nominis Jesu. Tolose A. 1519. Item Tractatus de Potestate Papa.* Simler in *Epit. Biblioth. Gesneri. f. 662.*

## JOHANNES IV. PONTIFEX ROMANVS

**G**ente *Dalmata*, Venantii Scholastici filius, Ecclesiæ Romanæ Diaconus, & demum A. C. 640. ante diem 2. Augusti *Pontifex Romanus electus*, post mortem Heraclii ordinatus, die 3. Decembr. habita eodem Anno Romæ Synodo, Heraclii Ecthesin sive Expositionem & Hæresin Monotheleticam damnavit; Honorii verò Papæ ejusdem Hæresecos insimulati memoriam edita ad *Constantinum Imp. Apologia tutatus est*. Anno sequente missis per Dalmatiam atque Istriam legatis plurimos à Slavis in captivitatem abductos Christianos magnâ pecuniâ vi erogatâ in libertatem afferuit. Obiit A. C. 642. die 20. Septembr. Extant ab eo

*Scripta.*

ab eo scripta : *Epistola ad Scotos Episcopos de Paschate more Romano celebrando, & Haresi Pelagiana extirpanda*, ab eo adhuc electo missa, Concil. Tom. V. p. 1757. *Apologia pro Honorio Papa ad Constantinum Imp.* Ibid. p. 1758. *Epistola ad Iсаacum Syracusanum Episcopum*, ut Monachis suarum Ecclesiarum Sacerdotes instituere liceat, ibidem p. 1772. *Conf. Platina de Vitis Pontif.* Rom. Baronius ad A. C. 640. f. 357. Cent. Magdeb. 7. c. 10. col. 484. Beda in Hist. Angl. Lib. 2. c. 19. Gvil. Cave, in Hist. Liter. Scriptorum Eccles. P. I. f. 321.

*Iordanus* Thomas, natus *Claudiopoli in Transilvania* A. 1539. in Juventute sua illustriores Galliarum & Italiae Academias peragravit. Lutetiae in Philosophia *Andream Turnebum* & *Iacobum Carpenterium*: in Medicis *Gonpylum* & *Duretum* audivit. In Monte Pessulano *Rondeletii* primum, postea etiam *Jouberti* domestica usus est familiaritate. Patavii *Trincavellum*, *Bellecatum* atque *Capivaccium* præceptores habuit. Bononiæ præter *Tra- cancianum* etiam *Cardanum*: Pisis *Vitum Vidium*: Romæ Barthol. *Eustachium* docentes audivit; ægris autem invisendis *Hippolito Salviano* & *Alexandro Petronio* asseclam se præbuit. Hi pro solita sua humanitate, ingenio *Jordani* formando & erudiendo, ut nihil reliquum fecerunt; ita indeole delectati nescio quid minime gregarium de illa sibi promittentes, scientiæ suæ thesauros ab ipso absconditos esse noluerunt. Post hæc autem Viennam venit, ubi non semper auditor, sed qvæ lucubrationibus aliquot annorum audita & observata recondiderat in publicum reducturus, Archiatros Cæsareos, imprimis *Julium Alexandrinum*, *Joh. Cratonem*, *Franciscum Parthenium* & *Biesum* coluit, qui ipsum in clientelam suam receptum instituere, promovere & evehere nunquam destiterunt. Admissus interdum est ad medicas deliberationes, siqvid etiam circa ægros in activa medicina terrificum aut insolens *Jordano* contingeret, laudatos modo viros libere licuit consulere, velut Oraculum quod sibi perpetuò patebat.

Docto-

Doctoris gradum pariter Viennæ assecutum esse Jordanum *Dio-medes Cornarius in Praefat. Consil. Medic. fidem facit.* Cum A. 1566. Maximilianus II. Rom. Imp. & Rex Hung. expeditionem contra Turcas susciperet, *Jordanus Medicum castrensem egit.* Grassabatur tunc in exercitu pariter ac in civitatibus vicinis lues *Pannonica dicta vulgo*, qvâ affectis pluribus medicinam *Jordanus fecit*, & ex decreto Collegii in Xenodochio militari Viennensi ægris trimestri spatio præfuit. Circa A. 1570. non modo *Marchionatus Moraviae Medicus factus*, sed & in Eqvestrem Moraviae ordinem receptus est. Ab illo tempore & liberali usus stipendio & omnis ordinis hominum summam in se expertus benevolentiam, *Brunna* totius Moraviae Metropoli confedit. Qvamvis autem ibi *Jordanus* ad vitam honeste & liberaliter traducendam omnia abunde suppeditarentur, animus tamen ipsius pabulo suo destitutus, reciproca studiorum æmulatione sublata, commercio literatorum privato, parum voluptatis residuum habuit, ut ipse conqvestus est in Epistola qvadam ad *Jul. Alexandrinum*. Spartâ verò suâ tum literas scribendo, tum ægris consulendo maximâ cum laude defunctus, spiritum tandem Salvatoris suo reddidit *Brunna in Moravia A. 1585. ætat. 46.*

Scripta ejus boni publici gratiâ edita, *Mercklinus in Lindenio renovato;* (sive *Joh. van der Linden de Scriptis Medicis continuatus à Georg. Abr. Merklino*) *Libro. II. pag. 1020.* recenset seqq. *Pestis Phaenomina, seu de iis, quæ circa febrem pestilentem Scripta apparent, Exercitatio.* Accedit *Bezoar lapidis Descriptio*, & ejusdem Auctoris ad Laur. Jouberti Paradoxon VII. Decadis II. *Responsio. Francofurti, apud Andr. Wechelium 1576. 8.* *Responsio ad Laurentii Jouberti, Medici Montispeßulani Paradoxum VII. Decadis II. Extat Tomo II. Operum ejusdem Jouberti fol. 30.* & seqq. edit. *Francofurt. apud Heredes Andreae Wechelii. 1599. fol.*

*Brunno Gallicus, seu Luis novæ in Moravia exorta Descrip-tio, Francof. apud eosd. 1577. 8. & A. 1583. 8.* *De Aquis Me-dicis*

*dicatis Moravia Commentariolus. Ibid. apud eosd. 1586. 8. Consilia ejus Medica extant eo in Opere, quod Laur. Scholzius edidit Francofurti impensis hæredum Andreae Wecheli A. 1598. fol. De Aquis Medicatis in genere commentariolus, è Jordani Autographo transcriptus & nondum typis evulgatus, asservatur in Bibliotheca Excellentissimi Domini Joh. Jacobi Baieri, Philos. & Med. Doct. hujusqve Prof. heic loci Publ. famigeratissimi, Practici felicissimi & h. t. Rectoris Universitatis Magniñci, Patroni atque in studio Medico Ductoris mei et atèm venerandi, qui hactenus de Jordano tradita, è scriptis ipsius passim collecta, bona fide mihi communicavit. Cui MSto præpositum est Carmen Gratulat. Elegiacum Johannis Ruckardi Medicinae Doct. 18. Distichis comprehensum, ex quo Hexastichon coroni dem ei imponens heic juvat adducere :*

*Nempe Dei monstrat nobis vestigia, quisqvis  
Thermarum veram vimque modumque docet,  
Id quod cum Moravis, medicos, qui publicus ora est  
Quod Phænix reliquias unicus inter aves,  
Jordanus praefet, studio per cuncta sagaci;  
Jordanum Clerus, Plebs, Baro, Equesque colunt.*

*A Paschali Gallo in Biblioth. Med. p. 292. Jordanus hic noster vocatur Medicus excellens & longiori vitâ dignus.*

*Laurent. Foubertus in Provocat. à sententia Brun. Seidelii.  
p. 118. Thomas Jordanus Clausenburgensis Transylvanus, olim discipulus meus & convictor longè gratissimus, unum ex meis paradoxis elegantissimo stylo & subtilissimis rationibus petiit. &c.*

*Ist vánfi Nicolaus, in Hungaria illustri loco natus, primos adolescentiae annos iis studiis in patria consecravit, qvæ etiam illam decere videbantur, postea Italico sub aëre in viridi sua juventa Patavii Bononiaqve humanioribus æqve ac sublimioribus scientiis egregiè haustis, insignem porro græci latinique sermonis peritiam*

peritiam sibi comparavit; Lingvas insuper ferme omnes *Euro-peas*, inque iis etiam *Turcicam*, vasta quadam ingenii ne dicam capacitate, an felicitate, complexus, maximam vitæ suæ partem in aulis Principum, speciatim *Maximiliani II. Imp.* atque filiorum ejus *Rudolphi Imp.* & *Matthie Archiducis Austriae*, consumsit, sexaginta propemodum annis varia officiorum splendidissimorum administratione gloriose transactis. Et quidem à secretis primum fuit Rerum Ungaricarum Divis Maximiliano ac Rudolpho Imperatoribus; tum per omnes honorum ac dignitatum gradus eò pervenit, ut à *Rudolpho II. Rege Hungar. Regni Hungariae Propolatinus*, seu, Locumtenens Regius A. 1587. constitutus, eidem pro tribunali sedenti sacramentum dixerit, ac in publicum prodeunti, strictum ensem de more prætulerit, quod *Ladislaus Bánsi*, Regii stabuli præfектus, (cui id muneric ordinariè incubuit) gravi morbo oppressus abesset. Juventutem in armis exercuit, ac in arce Sigeth sub *Illuftr. Comite Nicolao Zrino*, (cum aliis rebus, tum vel maxime Sigethianæ obsidionis constanti tolerantia celebratissimo heroe,) prima militiae rudimenta posuit, atque ad extreñam usque ætatem, *octogenarius viridi senecta miles*, nullis fere celebrioribus expeditionibus abesse voluit. A dicto proinde *Rudolpho Imp.* non solum pluribus gravissimis negotiis adhibitus, sed & Transylvaniæ dirigendæ Commissarius, & pacis cum Turca ineundæ Tractator nominatus, summâ cum prudentiæ & dexteritatis laude in omnibus, apud omnes, omnium testimonio, est versatus. Tot igitur tantisque functionibus sapienter, ac feliciter administratis, rebus etiam patriæ, qvamplurimis maximè arduis & difficilibus peritissime gestis & compositis, eam consecutus est politicam non minus ac historicam rerum patiarum exterarumque notitiam, ut non aliorum instar scriptorum, historias solo rumore collectas, aut mendace famâ haustas, in scripturam redegerit, atque memoriarum monumentis consecrat, sed pleraque qvibus vel ipse interfuit, vel præfuit, vel quorum origines, initia ac progressus exploratos habuit, ad Amico-

rum suorum instantiam venerandus jam senex posteritati commis-  
serit. In cujus quidem scriptione quid magis mireris, ambigere  
possis. Veritatem ne nulla passionum aut affectuum nube fuscata?  
an claram, nervosam, succinctamque brevitatem? an singularem  
modestiam, senilemque ac maturam prudentiam, præcipitis ex-  
pertem temeritatis, & judicandi præfidentiae? Hanc autem su-  
am *Historiam Hungaricam* ab A. 1490. quo *Matthias I.* Corvi-  
nus defunctus est, usque ad *Matthiam II.* Regem Hungar. tri-  
ginta quatuor libris persecutus est: quatuor tamen libros ulti-  
mos, noscere 35, 36, 37, & 38. Compendia potius dixeris sive epi-  
tomas rerum in iis recensitarum, quam amplos earum commen-  
tarios: atque hos omnes libros suos *Istvánfi* morti vicinus,  
*Eminentissimo S. R. E. Cardinali Petro Pazmanno* testamento le-  
gavit, qvo de juvat audire *Antonium Hieratum*, in Dedicatione ad  
præfatum *Pazmannum* directa hisce verbis utentem: Librum  
hunc historicum auctor (*Istvánfi*) morti vicinus, *Illustrissimæ &*  
*Reverendissimæ Vestrae Celsitudini*, utpote Amico summâ benevo-  
lentiâ, necessitate, mutuâque studiorum & ingeniorum harmoniâ,  
similique conformitate sibi conjunctissimo, testamento legavit;  
Opus profecto tanto herede non indignum: quod ab *Illustriss. & Re-*  
*verendissima Vestra Celsitudine* porro mihi communicatum, inque  
istum finem, ut typis prima qvaqve occasione evulgatum publici  
juris fieret, transmissum fuit. Mutuum hoc, sive mavis, com-  
modatum, *Illustriss. ac Reverendiss. Domine, Celsitudini Vestrae*  
nunc redbo ac remitto, utpote vero & legitimo ejus heredi: sic  
enim jus hereditarium voluit. *Hoc ipsum opus historicum* uti de-  
mum post obitum Autoris, *Colonia Agripp. A. 1622.* excusum est,  
ita ex haud uno illius loco consulto appetet, id dum adhuc in  
vivis esset, ab eo haud qvaqvam accuratius perpensum, revisum  
atque perlectum fuisse. Quantum ad excessum ejus ex hac vita  
attinet, cum A. 1608. ad Inaugurationem Regiam *Matthiae II.*  
Posonium versus, iter ingressus, equo ad Danubii littus una cum  
comite suo *Benedicto Turoccio* veheretur, hemiplexiâ correptus,  
totum

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

191

totum corporis latus dextrum læsum, paralyticumque factum est,  
eaque etiam de causa impeditus, quò minus scriptoris officio,  
inseqvente posthac tempore fungi ritè potuerit.

*Potissimum ex Dedicatione huic Operi prefixa.*

*Scriptum illud Istvánfi historicum annis demum XIV. post Scriptum*  
discessum ejus ex hac vita, typorum ope vulgatum est, tali præ-  
posito titulo: *Nic. Istvánfi Historiarum de Rebus Hungaricis Libri*  
*XXXIV. Coloniae Agripp. typis Antonii Hierati A. 1622. in fol. hoc*  
idem opus prodiit *Ibid. A. 1685. fol. qvod ipsum, unà cum recens*  
adjecta continuatione, nunc denud sub prelo sudat, in ante dicta  
urbe, impensis faciente *Frometero*, Bibliopola ibidem præstan-  
tissimo.

*Martinus Zeiler in Epistola 411. pag. 366. de Istvánio tale Judicia.*  
tulit verbis germanicis Judicium: In den Ungarischen Sachen wird Er (Istvánius) sonderlich gerühmt nicht allein darum/ daß Ihme solche von Jugend auf bekant gewesen/ sondern auch deswegen/ weilien Er die Person nicht ange-  
sehen; sondern Hohen und Niedern/ wes Standes Sie auch gewesen/ ihre Gebrechen und Fehler nicht verschwie-  
gen hat. Aber was ausländische Sachen anbelangt/ da findet es sich/ daß Er bisweilen geirret/ und auch die Deutsche Namen/ deren nothwendig in den Ullgarischen Geschichten/ sonderlich wegen des Türcken Kriegs/ hat gedacht werden müssen/ geradbrecht/ und oft gar undeut-  
lich geben. So hat er auch den Widerwillen/ so er gegen die/ so nicht seiner Religion gewesen/ getragen/ nicht gar verbergen können. Qvæ ut ab Hungaris non æquè germani-  
æ, qvam latinæ lingvæ gnaris etiam queant intelligi, ita libuit convertere: Quantum ad res attinet Hungaricas, Historia Ist-  
vánfi valde commendatur, partim qvod à prima statim Juventute sua noticiam earum sibi comparaverit amplissimam, partim qvod qvarumlibet personarum, sine ullo vel conditionis, vel fortis, vel dignitatis intuitu, facta, delicta, nævos ac mores libere notarit,  
candi-

candideqve. In quantum autem circa res exterias ac peregrinas industria ejus fuit occupata, errores nonnumquam & hallucinaciones licet reperire: certe nominum germanicorum, qvorum hinc inde in enarratione illarum, præsertim propter prælia cum Turcis commissa, mentio erat injicienda, miseræ sæpe detorsiones, corruptæ inflexiones & obscuræ occurrunt, interpretationes. Ut nihil jam dicam de alieno ipsius à dissidentibus à religione pontificia animo, qvem non penitus tegere potuit ac dissimulare.

*Conringius Dissert. Rerumpubl. de Hungaria:* Istvánfus fuit Vir doctus & verè Hungarus, Historiamque Hungaricam dötè & bene conscripsit.

*Idem Conringius in Thes. Rerumpubl. ab Oldenburgero edito, P. IV. p. 413.:* Nicol. Istvánfus præclare conscripsit Historiam Hungaricam, fuit Hungarus, & profecto is est, qvi possit cum qvilibet comparari antiquo

*Sam. Conr. Schurtzfleischio alicubi in Scriptis suis judice.* Istvánfus Scriptor est scitus & integer.

*Eodem in Dissert. de Charakterib. Eventorum §. 33. teste,* Istvánfus Hungarus ipse, sed prudens cordatusque Scriptor.

*Lansius in consultat. contra Hungariam p. 609. De Patria sua optimè & de literis insigni Hungaricarum Rerum. Historia præclarè meritus Nicol. Istvánfus.*

*Excellentiss. Dn. Prof. Dan. Gvil. Mollerus in Colleg. ASto. de Notit. Autorum cap. 27. Obs. 5.* Istvánfum ob exactam rerum Hungaricarum cognitionem, egregiam variorum eventuum expositionem, ordinatam temporum ac factorum digestionem, liberam plenamque stylo conveniente ac satis concinno institutam narrationem, non tam tedium qvam voluptatem in animis lectorum dixerim creare. Atque ut paucis multa complectar:

*Istvánfi notat id, Stephani quod Filius, ampla*

*Nempe Corona, ille est hungaricae historia.*

*Georg. Henr. Gæzius in Dissert. de Imperatorib. Rom. Germ. qui fidem Lutherano-Evangelicam morte confirmarunt, pag. 28. Si dicen-*

dicendum qvod res est, parum ingenuè scripsit *Istvánfus*, cuius Historiam à dictionis elegantia & sermonis nitore commendari qvidem posse haut diffiteor, sed fidem, qvam perdidit, nonnunqvam suspectum esse, uno ore mecum affirmabunt, qvi verum à falso distingvere norunt. Lutheranis eum parum æqvum esse ex *Hifter. Lib. 6. f. 67.* ubi Lutheri fata recenset, ut de aliis nihil dicam, liqido satis constat.

## K.

*Káldi Georgius*, natione *Hungarus*, patriâ *Tyrnaviensis*, Romæ Societatem ingressus est, repudiata Præpositurâ, principe post Archiepiscopatum Strigonensem Dignitate. Ubi ex Italia rediit, difficillimis Botskaianæ seditionis perturbationibus è Transsilvaniâ, cum reliquis de Societate, relegatus est in exilium. Egit deinde in Olomucensi Academia Theologiaz Moralis Professorem: posteà Magistrum Novitiorum Brunæ, & mox, inde coloniâ Tironum deductâ, Leobii Styriæ: Dehinc Superior fuit & Rector Tyrnaviæ; demùm Posonij, qvod ipse Collegium à primis fundamentis ad usqve finem exædificavit, in eoqve se ipsum, velut angularem lapidem collocavit, magno sui desiderio, magno virtutum exemplo ceteris post se relicto, vitâ functus die 30. Octobr. anno salutis 1634. ætatis suæ 62. ab ingressu in societatem 36. inde usqve ab anno 1612. die 27. Maii. qvatuor vota professus: Qvanti viri jacturam fecerit in ejus morte Hungaria, sapientissimi atqve Eminentissimi Cardinalis Strigonensis Petri Pazmanni de eo judicium abundè declarat, qvo ajebat, ex omni Ordine Ecclesiastico, Religiosoque, nulli secundum esse toto Hungariæ Regno; parem illi haut facilè repertum iri. Vir omnino fuit & eloquentiaz, & virtutis laude conspicuus, ut qvi magnam ætatis partem in sacris Concionibus insumpserit. Latinè ad Academicos, nec raro etiam dixit Italicè; subinde, cùm res postularet, etiam Germanicè. Ceterura idiomate gentilitio præscriptâ cum auctorita-

te dicebat. Fuit in dicendo vehemens, gravis, doctus & spiritu plenus, qui non raro diceret cum admiratione auditorum, interdum cum plausu, nunquam sine fructu. Magna fuit apud Viros Principes auctoritate & gratia: qui etiam liberè auderet summos æquè atque infimos, quæ saviter, quæ fortiter ad officium co-hortari. È libertate cum Principem Transilvaniæ Gabrielem Betlenium, ob tot Christianorum millia Turcis prodita & abducta, criminis, quo se obstrinxerat, commonefecisset privato durarum horarum colloquio, eamque ob causam extrema omnia possent ab eo exspectari, tantum absuit, ut quidquam molestiarum experiretur, ut etiam Principis ad mensam admotus, honoriario insuper Centum nummum Imperialium, in subsidium Typographiæ, donatus abiret. In extremo vitae actu, convocatis Nostris, magno animi sensu, singulorum se pietati impensè commendavit, à singulis veniâ erratorum magna submissione postulatâ.

*Scripta.* Edidit: *Biblia Sacra Vulgata Editionis, à se in Hungaricam Lingvam translata.* Viennæ apud Matthæum Formicam 1626. in fol. *Concionum Hungarico Sermone tom. I. thematis hyberni;* Posonij 1631. in fol. relictis posthumis duobus aliis tomis, altero funebris argumenti; altero *Epidictici, de Sacro-sanctâ Eucharistia deque laudibus B. Virginis Deiparentis. Evangelia & Epistolas per annum in Missâ legi solita, convertit in Lingvam Hungaricam, & tacito nomine impressit sumptibus Petri Baranyai, Vienna 1629.*

*Ex Philip. Alegambii Biblioth. Scriptorum Societatis Jesu. 150.*

*Karoli Casparus, gente Hungarus, Philosophus, Philologus & Theologus Calvinianus circa A. 1589. gravissimus, Prae-  
eoque Verbi Divini apud suos facundissimus, & ob Versionem S. Bibliorum ex fontibus in lingvam Hungaricam celebratissimus;  
cujus memoriam Georg. Thurius in Pœmatibus suis (extant in  
Joh. Philip. Parai Deliciis Poetarum Hungarorum, Francofurti  
ad Mæn. 1612. in 12. editis) celebrat tridisticho hocce:*

*Ponti-*

*Pontificum tenebris alte Plebs mersa jacebat,  
Et sine coeca librīs, & sine luce cohors.  
Indoluit Caspar Karolinus, & auspice CHristo,  
Præside Rabocio, Biblia verfa dedit.  
Edocuitque omnes, & sidera latus adivit,  
O pia magnanimi vitaque morsque viri!*

**Epitaphium: Patria Karolium : Hosptium Viteberga : Cathedra  
Et tumulus magnu Goncia terra viro est.**

**Titulus verò dictæ Karoline Versionis verbotenus ita se habet:**

Szent Biblia : az az Istennek O és Uj Testamentomában fo-*Scriptum*  
glaltatot egész Szent Jrás, Magyar nyelvre forditatot Karoli Gás-  
pár által: és mostan hetetzer è nagyob formabán vitetvén à Frán-  
tziai notákra rendelt Soltár Könyvel együt bocsátatot az hatot-  
szor nyomtatot példa szerint. Csalzelben Ingebrand János Költsége  
által 1704. esztendöben. in 4. Hanc ipsam versionem postea  
recognovit Albertus Molnár, infra sub hoc suo nomine commen-  
moratus, & multis vicibus diversisque in locis est recusa, videlicet:  
*Hanoviæ* 1608. in 4. Oppenheimii. 1612. in grand. 8. non multo  
post *Cassellæ*, & denique quam recentissimè *Noribergæ* 1704. in 4.  
sumtibus Martini Endteri Bibliopolæ, omisso tamen Noribergæ,  
eique *Cassellæ*, antiqvo illo impressionis nomine substituto, cœu  
fortè Calvinianis magis placituro.

*Novum Testamentum editionis Karolinæ impressum etiam est  
Amsterodami in forma 12.ma.*

Neque silentio heic involvenda erit illa S. Bibliorum Versio  
Hungarica, quæ non tam ad normam fontium, quam *Vulgata* & *La-  
tina* sive *Hieronymiana*, à Rom. Catholicis pro Avthentica habi-  
ta, operâ Georgii Káldi, Tyrnaviensis P.S.I. (quem videlicet p. 194.)  
fuit confecta, atque Viennæ impressa, apud Matth. Formicam  
A. 1626. fol.

*Occasione Biblicalarum harum Versionum Hungaricarum, opera  
pretiūm esse duxi, alias insuper Versiones, speciatim verò Bohemi-*

cas atque Sclavonicas seu Illyricas, utpote in Hungaria quam frequentissimis incolarum usibus consecratas, heic loci producere.

In Bohemicam lingvam Scriptura S. translata est A. 1578. Interpretibus: Alberto Nicolai, Luca Helicæo, Johanne Ænea, Georgio Vettero, Esaia Cœpolla, Johanne Ephraimo, Paulo Jesse-nio, Johanne Capitone; sumptibus liberaliter suppeditante Lib. Barone Johanne Zerotinio. Vide Job. *Lasicum de Gestis Francorum*. Imò jam suo tempore Novum Testamentum idiomate Bohemico extitisse, indicium facit Job. *Hussus in Replica contra Job. Stokes, Tomo. I. Operum fol. 108.*

Similiter Biblia S. Bohemica cum Annotationibus prodiere, quorum Prima pars, sive Pentateuchus in 4. editus est A. 1579. (Hoc opus simulatque videt Episcopus quidam Pontificius, ut refert Regenvolscius, certè, inquit, hic labor, nec Idiotarum est, nec parvarum virium humanarum) Secunda pars in lucem prodiit A. 1580, Tertia A. 1582. Quarta, 1587. Quinta, 1588. Novum Testamentum prodit itidem cum Annotationibus, & quidem prior editio operâ potissimum Johannis Niemcani senioris, (hic Hunobrodæ in Moravia natus, obiit A. 1611. ætat. 63.) Anno 1593. posterior correctior & Annotatis locupletioribus illustrior, studio Zachariæ Aftonis. Extat etiam Novum Testamentum lingvâ Bohemicâ in 12. A. 1596. separatim impressum, absqve nomine Autoris locique, cum Titulo: *Nouvy Zakon / wnowe do Česstiny preloženy.*

Martinus Lipenius in Biblioth. sua Reali Univers. Theologica fol. 147. éditiones Bibl. Bohemicas recenset seqq. *Biblia Bohemica. Praha. 1606. in 8.* Ibid. A. 1613. in fol. *Dispositio Bibliorum Bohemicorum M. Vislorini Rubensis. fol. Der Brüder in Böhmeu Bibel. Prag. A. 1596. in 8.*

*De versione autem Bibliorum Slavonica seu Illyrica, placet ea heic producere, qua Vincentius Placcius P. I. f. 670. Theatri sui Anonymorum & Pseudonymorum collecta exhibet, ubi sic scribit:*

*Versio Bibliorum Dalmatica sive Slavonica memoratur antiquior.*

tiqvior, nempe, diversa ab illa recentiori, de qua agit *Kortholt Tract. de Variis Scriptura S. Edit. pag. (α)* forte fuit hæc, cuius *MStum* in *Bibliotheca Heinsiana extitisse ibidem refert. Autorem ejus esse ex conjectura Petri Galeſini in Tract. de Interpr. Bibl. B. HIERONYMUM, ex Cromeri sententia CYRILLUM vel METHODIUM Deckb. de Script. Adesp. ed. 1686. pag. 54. confirmat. *Cyrillum* solum *Kortholt* habet loc. cit. (β) Editiones diversas vide apud *Lipenium Bibl. Theol.* f. 154. De Hieronymo vide etiam verba exscripta & (γ) *Deckherri de Adespatis Sect. II. p. 53. 54. & Uſſerii (δ) de Scripturis & Sacris vernaculis. p. 121.**

(α) *Kortholt Var. Script. S. Edit. p. 323. Tandem Lingua etiam Slavonica totum Corpus Biblicum extat impressum charactere latino, Vitteberga Anno 1584. habeturque illa editio in Bibliotheca Anglorum Lambethana, hunc preferens titulum: Biblia, to gest, Svetu Pismu, Stariga inu Noviga Testamenta Slovanski tolmacena, ſkuzi Juria Dalmatina: Latine sic: Biblia, hoc est, Sacra Scriptura Vet. & Nov. Testamenti Slavonicè translata per Georgium Dalmatinum. Vide Gvil. Crovai Elench. Script. Londini editum p. 23.*

(β) *Idem Ibid. Dicuntur etiam Slavi Versionem habere Biblicam in lingua vernacula à Cyrillo, quic circa seculi non i medium vixit, conditam. Et sanè illo ipso seculo apud Moravos si non totum corpus biblicum certe aliquam ejus partem idiomate Slavonico extitisse, epiftola docet Johannis IIX. Pontif. Rom. ad Sfentum Moravia Principem, quam exhibet Baronius ad A. C. 880. 16.*

(γ) *Joh. Deckherrus de Scriptis Adespatis pag. 53. 54. Dalmatica Sive Slavonica Versio auctorem, ex Conjectura Petri Galeſini, in Tract. de Interpr. Bibl. načta est B. Hieronymum, ex Cromeri sententia lib. I. Rer. Polon. cap. 15. Cyrillum vel Methodium, ex quibus hic Prophetico Spiritu claruisse Bohemicis Scriptoribus narratur, vel creditur; ita docente Melch. Goldaſto Lib. 5. de Regno Bohem. cap. 2. pag. 556. & 560.*

(δ) *Jacobus Uſſerius de Scripturis & Sacris Vernaculis pag. 221. Tranſtulit Hieronymus, ut ipſem in Epiftola ad Sophro-*

## SPECIMEN

nium testatur, universum totius Scripturæ S. Corpus in Dalmaticam lingvam, ad utilitatem nationis suæ gentium; qvæ usqve in hanc diem hujus translationis lectione summâ cum veneratione utuntur (*Sixtus Senensis Lib. 4. Biblioth. Sanct. in Hieronymo*) *Vide* Bibliandrum de Ratione communi omnium lingvarum, pag. 15. & Angelum à Roccha in Append. Biblioth. Vatic. p. 337. 339. *Præcipue Dubravium*, Lib. I. Hist. Bohem. p. 4. Illyricam versionem olim edidisse traditur ille summâ eruditione & sanctitate celeberrimus Ecclesiæ Doctor Hieronymus; *inquit* P. Galesinus de Bibliis Cracis p. 8. *Ita* Erasmus in Apologia adversus Sutorem, Tomo 9. Operum, p. 630. & in declarat. ad Censur. Facultat. Paris. Lib. XII. num. 37. unde arguitur à Simone 3. Lat. N. T. p. 519. & Hosius in Dialogo de Sacro vernaculè legendo, constare dicunt Dalmaticâ lingvâ Sacros libros Hieronymum vertisse. Et Alphonsus de Castro, libro I. Heres. cap. 15. Fatemur (*inquit*) olim Sacros libros in lingvam vulgarem fuisse translatos, Beatumque Hieronymum in lingvam Dalmaticam eos vertisse. Quanquam in illa ad Sophronium Epistola, qua est 134. per lingua sua homines, Latinos potius intelligere videatur, quam Dalmatas; ut in Proemio lib. 3. in Hieron. & in 6. & 10. Zachar. &c. Recepta tamen opinioni favet Josephus Scaliger in litteris, apud Merulam Cosmograph. P. II. lib. I. c. 8. Anno 1599. scriptis ad Paulum Merulam, ubi in lingua Slavonica duplicem haberi Sacrorum librorum Translationem scribit, Rutenicam, & Hieronymianam vetustiorem. Hucusque Placcius.

Versiones Bibliorum Slavonicæ, quas Lipenius in Biblioth. Real. Univers. Theologica f. 147. 154. recenset sunt seqq. Biblia S. Slavonicè, Moscoviticè. Ostrobie 1581. Biblia S. Slavonicè, Danicè &c. Hamburgi 1597. fol. NB. Slavonica atque Bohemica Bibliorum versio reperitur etiam in Bibliis Polyglottis Eliae Hutteri, quæ Noriberga A. 1599. prodiere in fol. grandiore.

Suscepta insuper est Novi Testamenti interpretatio Slavonica à Primo Trubero (de quo plura infra suo loco) jussu & summis Johannis Lib. Bar. ab Ungnad., quæ Tbinge impressa est

A. 1577.

*A. 1577 duobus Tomis in 8. Prima Novi hujus Test. pars complectens IV. Evangelistas, lingvâ quoque Croatiae ( quæ tamen à Slavonica, ceu dialectus ejus parum differt ) ejusdem operâ ibidem est excusa, literis tum Glagolicis tum etiam Cyrilicis A. 1582. in 4. cujus ipse aliquot ibidem vidi exemplaria.*

**Katona** Emericus, *Hungarus*. Vitam hujus Viri succinctè descripsit David Pareus, (SS. Theol. Doct. ejusdemque Heidelbergæ Prof. quondam Publ.) quæ Tractati posthumo: *De Patrum, Conciliorum, Traditionum Authoritate circa fidei dogmata &c.* post Præfationem legitur hoc verborum contextu. *Emericus Katona, Uifalvinus Baronius*, auctor hujus Tractatûs posthumi, quantum ex Literis ipsius ad me, & ex Hungarorum amicorum relatu cognoscere licuit, natus fuit Parentibus honestis, Patriâ Uifalu in ea *Hungaria* Provincia, quæ *Baronia* vocatur, Vini generosioris ubertate celebris. Adolescens ad scholam *Patakinam* missus, pluribus annis ibi diligentem studiis humanioribus operam navavit, & progressus tantos acquisivit, ut inde ad *Rectoris Scholastici* munus in oppidum Szepsi evocaretur. Cui cum biennium præfuisset, uberioris culturæ gratia in Germaniam profectus, Vittebergæ lingvis & Theologico studio biennium incubuit. Inde *Heidelbergam* appellens, menses quatuor apud nos habuit, de quibus in primis literis ita ille ad me: *Vixi ante annos undecim Heidelbergæ. Quinam ergo ignotum me Cl. Tuæ dixi? nempe defuit, proh dolor, familiaris conversatio. Studio namque in Logicis præficiendi, Doctissimum Kekermannum, & Ornatisimum D. Joh. Philippum Pareum, germanissimum Cl. Tuæ filium, anteqvam hic Basileam proficeretur, frequentabam. Utinam verò diutius id licuisset! Verum, non nisi quatuor menses, & dieculas aliquot, postquam in Academia Vittebergensi intra biennium pecuniam & tempus ( penè dixerim ) stultè jam consumissem. Interim quod licuit, salutavi Cl. T. coram, & memoria causa nomen etiam Albo, quod vocant, Amicorum, manu sua inscri-*

*scriptum, cum hac præclaræ Augustini gnome: Nolentem gratia prævenit, ut velit: volentem subseqvitur, ne frustra velit, gratis-simè etiam nunc circumfero.* Reversus in patriam A. 1599. Recto-ratum Scholæ Patakinæ aliquot annos feliciter administravit. Ad sacrum verò Ecclesiæ ministerium adjecto animo, primum Gen-eroso & Magnifico Dn. Sigismundo Rákóczi Aulicus concionatur fuit: In Aula non diu permanxit, sed Szepsinum revocatus, Pri-mario Pastori sese collegam adjunxit. Non multò post, Vocati-one accepta, Szepsino Gönczinum ad Primarium ejus Ecclesiæ Pa-storatum commigravit, cui cùm quadriennium iiserviisset vocatus fuit in oppidum Keresztur, qvod Latinis *Crux Domini* est (ut Andreas Szikszai, ejus Ecclesiæ Diaconus ad me scripsit) in ditione Illustrium DD. Stephani & Nicolai Tökölîi (qvorum honoris cau-sa mentionem facio, qvippe jam olim domestica mihi familiarita-te charissimorum,) ad ejus Ecclesiæ gubernacula. Verum hæc diu non tenuit: Nam vix qvinto mense exacto, morbo letali cor-reptus, præmatura morte ad Dominum emigravit, 22. Octobr. A. 1610. ætatis 38.

*Scripta.*

Scripsit: *de Libero Arbitrio, contra Theses Andreae Sároffii.* Scripsit: etiam patro sermone, pro suis Hungaris *Librum*, titulo *Antipapismi, quinque in Partes tributum:* In qvo recitat I. Ra-tiones justissimæ Secessionis nostræ ab Ecclesia Romana, contra Schismatis calumniam, II. probat, Papam Rom. inde à multis an-nis esse magnum illum Antichristum, contrariasqve Papanorum rationes refellit. III. Ex Catalogo Testium Veritatis evincit, omni-bus seculis extitisse aliquos Viros, pios, graves, & doctos, qvi dogmatibus ritibusque Papisticis contradixerint. IV. In præcipuis Fidei nostræ Articulis demonstrat, eandem Patrum fuisse doctri-nam atqve fidem, qvæ & nostra est; adversam verò Papisticæ. V. Symbolum Apostolicum, Decalogum, & Orationem Dominicam, in singulis punctis & articulis pro nobis facere: contra verò Papicolarum omnia dogmata, per illa eadem convelli ostendit, ut vel idiotæ non plane stupidæ, saltem ex hac postrema parte

parte edocti, cum illis non utiliter congregredi, in sermonum collationibus, possint.

Scripsit etiam hunc Tractatum, de quo sic ille ad me: *Quid verò nos in publicis hisce Patriæ nostræ calamitatibus, rerumque omnium perturbationibus facere censes? Silemus & moeremus, atque officio nostro bellè perfuncti videmur, si docendo saltem populo, monendoque incumbere possimus. Scriptioni quis in his tumultibus serio vaset? qui plerosque nostrum à Bibliothecis etiam Studiorum nostrorum adjutricibus aliquot per annos arcere solent. In his tamen turbis partim exercendi, partim confirmandi mei causa, occasione Synodice cuiusdam Disputationis nostræ, conscripsi Dissertationem qvalem qvalem: De Patrum, Conciliorum, ac Traditionum auctoritate, circa Fidei dogmata, cultus item ac mores vivendi: idque potissimum ex ipsorum Patrum sententiis, adversus Patrologos verius, quam Theologos Pontificios, ubi Statu Controversia inter nos & illos constituto, nostram primum sententiam aliquot argumentis, è Scriptis Patrum maximam partem petitis, confirmo. Demum Adversariorum rationes τρόπῳ παραδειas adhibito, ut possum, oppugno. Et in posterioribus Literis: Quodsi in tanta laborum sanctorum varietate otii aliquid Cl. T. nancisci posset, censura ejus subjiciendum offerrem Tractatulum, quo de mentionem proximè feceram, de Patrum, Conciliorum ac Traditionum Authoritate. Nisi molestum est, inspicere eum Cl. T. dignetur, & paucis judicium suum super eo indicet, quid de arguento, deque ejus methodo, totaque Tractatione sentiat. Nam editionem ejus, pro more, si maxime dignus esset, per sortis mea praesentis tenuitatem minime possem (scil. promovere). Satis est mihi, si tempus non perdidisse, cum scriberem, judicabor. Si verò ita Rev. Tua Dig. placuerit, reddat Exemplar huic meo Populari, postquam perlegerit inter otium. Vive & Vale, LectorChristiane, & Dominum, ut fidis Ministris de statione decedentibus alios extrudat Operarios in Messem suam, nobiscum ora. Plenior tractatus hujus titulus hoc verborum ordine formatus conspicitur:*

*Tractatus de Patrum, Conciliorum, & Traditionum Authoritate, circa Fidei dogmata, cultus item moresque vivendi. Ex iisdem potissimum Patribus, contra Patrologos verius quam Theologos Pontificios. Authore Emerico Katona, Uifalvino-Baronio Hungarо. Cum Prafatione Davidis Parei D. Ad Dn. Petrum Alvinczi, Ecclesie Cassoviensis Pastorem de eodem argumento, cum Vita Authoris ab eodem descripta, & cum Indice &c. Francofurti ad Moen. in Bibliopolio Jonæ Rhodii. A. 1611. in 8.*

NB. Nonnunquam proprio cognomine, quod est *Katona* omisso, solum nomine à Patria adscito solet citari, nempe *Uifalvini*: Sic enim *Emericus Regius Peczelius, Hungarus* in *Epigrammate Threnologico* huic Tractatui inter aliorum Acclamations votivas præfixo, eum salutavit, versibus hisce:

• *Phoebe, Pater, quid fles fusca redimite cupresso ?*  
*Occidit Uifalvi gloria honorque meus.*  
*Et tu quid pullo squales velamine Pallas ?*  
*Occidit Uifalvi gloria honorque meus.*  
*Tu quoque Thespia dum cur fles pia turba sororum ?*  
*Occidit Uifalvi gloria, noster honos.*

*Kemelius* Johannes, AA. LL. & Philos. Magister, *pa-*  
*triа Leutschoviensis, in superiori Hungaria, Concionator Evan-*  
*gelicus disertus, emisit aliquot Conciones, è qvorum numero*  
*Scripta. geminas has seqventes sufficiat allegasse, cum titulis hisce: Na-*  
*vicula Christi fluctuans Ecclesie typus. Das auf dem Meer in*  
*Gefahr schwiebende Schifflein Christi / als der Kirchen*  
*Vorbild / nach dem ordentlichen Evangelio, aus dem Mat-*  
*thæo am 8. cap. v. 23-27. Da trat Jesu in das Schiff ic.*  
*am IV. Sonntag nach Epiphan. A. 1683. in dem hohen*  
*Coburgischen Fürstenthum / der Christl. Gemeine zu Dau-*  
*erstadt / in der Almpts-Predig gezeigt ic. Gedruckt zu*  
*Nürnberg. A. 1683. 4. Item Jesus Exul in Ægyptum fugiens:*  
*das exilirende Kindlein Jesus / wie selbiges / für dem*  
*grau-*

grausamen Wüterich Herodes / in Egypten-Land entweichen und entfliehen müssen ic. Coburgi in præsentia Duci Saxon. Coburgensis, in templo Cathedrali ad S. Mauritium. Impressa Schleusinge in 4.

*Kéri* Johannes Hungarus, Ord. S. Pauli, primi Eremitæ, *Scriptum* vixit circa A. C. 1660. ediqve curavit *Philosophiam Scholasticam,* tribus Tomis comprehensam, Posonii 1673. fol.

de Kikellö Johannes Hungarus, urbis cognominis in Ecclesia Transylvana Archi-Diaconus, & generalis Vicarius Episcop. Strigoniensis, Regis Hung. Ludovici I. secretorum Notarius, cuius etiam vitam resqve gestas stylo conscripsit latino. De eo ita Gerhard. Jahan. Vossius de Hift. Latin. Lib. 3. c. 6. p. 572. & seq. Johannes Archi-Diaconus de Kikellö ( rectius Kikellö, est enim Comitatus in Hungaria , qvi Kikellensis appellatur ) in Ecclesia Transylvana Vicarius Strigonensis in spiritualibus generalis. Is res Ludovici Regis scripsit usqve ad obitum ejus, qvi incidit in Annum 1382. Fuerat autem Ludovico Regi Notarius à secretis , ut res ejus satis habuerit exploratas. Post hanc partem *Johannis de Kikellö* ( qvam Historiæ suæ Turocius inseruit ) agit idem Turocius de miserabili casu Caroli, cognomento Parvi, qvi post Ludovicum imperavit. Atqve hic Joh. de Kikellö æqvalis Anno 1381. Matio Georgio Veneto, Ord. Serv. Philosoph. & Theol. effulsit.

*Kirchvegerus* Christoph. Andr. Sempronii in Hungaria natus, Sacerdos primùm in vico Frankoniæ Sindelsheim, posteua Diaconus Ecclesiæ Plofeldinæ. De cuius eruditis lucubrati-*Scriptum* onibus mihi haetenus unicè innotuit opusculum cum titulo : Geistlicher Staats-Man/ der den hochbelobten Himmelss-Staat / am allerbesten innen hat / und nach denselben/ souder weil/ ganz richtet seiner Seelen Heyl. Nach Pau-

linischer Beschreibung Rom. 3. v. 24. 25. vorgestellet von C. A. Kirchweger / von Oedenburg aus Ungarn gebürtig/ jeho Diacono Plofeldino. Onolzbach/ gedruckt durch Jeremiam Kretschmar in 4.

*Kis Emericus*, natione *Hungarus*, patria *Tyrnaviensis*, natus Anno 1631. in Societatem Jesu se recepit 1648. & votis 4. se ei adstrinxit. Post traditas amoeniores disciplinas, severiores etiam docere aggressus fuerat, utrâqve literaturâ egregiè excultus, quando abstractus ab iis est, ut feret satis desiderio Celsissimum Principum *Rakotziorum*, qui ad Rom. Catholicam fidem recenter conversi, illum pro sua Aula in conscientiarum arbitrum postularunt, ubi jam in annum nonum degit, & Conclaves ad populum sëpe habet.

*Scripta.* Scripsit contra Heterodoxos hungaricè, opuscula varia, his titulis tacito suo nomine : Discipulus defensor honoris Professoris sui de Societate, contra Calvinistam Prædicantem, A. 1663. *Cassoviae*. 8. De Calvinistarum Conseqventiarum ineptiis, contra Calvinisticos Professores Patakienses 1665. *Ibidem in 12.* Utrum ante Calvinum, unquam alicubi extiterit moderna Calvinistarum secta. *Ibid. 1666. in. 8.* Refutatio Professoris Calvinistici, afferentis, ante Calvinum extitisse omnes *Articulos Calvinisticos* ad salutem necessarios. *Ibid. 1666.* Tractat. contra Professorrem Calvinisticum, miscentem Chartifolia Rebus Fidei. *Cassoviae 1666. 12.* Apologia pro Libello, qvod Calvinistæ frustra laborant ostendere suam Sectam totaliter extitisse ante Calvinum *Ibid. 1667. 8.* Qvod Professor Calvinisticus in ostendenda vetustate suæ sectæ succumbat *Cassoviae 1667. in 8.* Vid. Philip. Alegamb. Biblioth. Script. Soc. Jesu. aucta per Nat. Sotvellum. fol. 195.

*Kis Stephanus*, alias à loco nativitatis *Szegedinus cognominatus*. Vid. infra voc. *Szegedinus*, Stephanus.

Kito-

*Kitonics* Johannes, in *Hungaria* natus & educatus, æquè à nobili ac antiqua *Kofthaniciorum* familia stirpem suam deducens: Nonnunquam igitur nomen ipsius ita expressum invenitur, *Kitonics Nobilis de Kofthanicza*. Vir alias fuerat Juris patrii Regniqe Hungarici Consuetudinum peritissimus, hincqve Juris Practicus non minus felicissimus, quam famigeratissimus, qva etiam de causa ad egregium Protonotarii Regni officium electus, id summa cum laude administravit. Scriptum ab ejus industria profectum, tali cum titulo hodie circumfertur: *Processus Judicarius Scriptum Juris Consuetudinarii inclyti Regni Hungariae, per Magistrum Joh. Kitonics de Kofthanicza compilatus. Tyrnavia 1619. 4. Conf. Bernegger-Schoedeliana Disquisit. de Regno Hung.*

*Kleschius* Christophorus, *Iglavie*, oppido Comitatū *Sepusiensis Hungariae*, ad montes Carpaticos sito, natus, frater germanus *Danielis Kleschii*, de quo paulò post. Is in exilium unà cum aliis Evangelicis Concionatoribus à Rom. Catholicis abire jussus, in Germaniam contendit, ubi nunc Praeconis Verbi Divini secundùm August. Confess. *Erfordia*, Spartam exornat, in templo *D. Gregorio* dicato, Gymnasiique Senatus Evangelici ibidem Inspectionem sustinet. Edidisse fertur complures ingenii sui lucubrations, videlicet: *Palmam Poeticam, Axiomatibus notis. Scripta que perspicuis, novis inventionibus & exemplis adornatam illustratamque. A. 1700. in 8. Item Concionem baptizato Iudeo accommodatam, aliasque Conciones quam plurimas ex suggestu ad Populum habitas. Concio quam A. 1705. typis publicis vulgavit, hoc insignita est titulo: Neue Ehren-Pforte / welche dem grossen Ziens-Könige Christo Jesu ic. am I. Sonntag des Advents/ aus Matthæi c. 21. v. 1--9. im 1705ten Heyl-Jahr / als ein schuldiges Denck- und Dancimahl / der in seinem Predig-Amt hingelegten 50. Jahr/ aufrichten wolle Christopf Klesch. K. H. P. N. C. der Christlichen Kirchen und Gemeinde zu S. Gregorii, sonst zum Kauffmann genant*

**N**unt/ Pfarrer / und des Gymnasii Senatus Evang. Inspector.  
 Autor quinque verba numero anni in hoc seculo accommodans,  
 post *Præludium* ex i. Cor. 14. v. 19. & *Exordium* ex Psal. 24. v. 7.  
 10. erexit *Portam gloriae quinque coronis ornatam*, qvæ sunt tot  
 verba textus: scil. 1) *Ite. v. 1. 2.* qvod vocationis; 2) *Dusite* qvod  
 instructionis. 3) *Cernite. v. 3. 5.* qvod excitationis: 4) *Sternite*  
*v. 6-8.* qvod imitationis; 5) *Cantate. v. 9.* qvod verbum confir-  
 mationis est. Hanc πειλογίαν Evangelicam septuagesimo tertio  
 ætatis suæ anno, post exantlatos deciesquinque annorum labores  
 ecclesiasticos & varios moerores, concreditæ sibi quintæ Ecclesiæ,  
 ad qvam ante quaterquinque annos vocatus erat legitiimè, ea qvæ  
 par est devotione dicavit & consecravit.

**Kleschius Daniel**, Igló-Hungarus, Parentibus natus est  
 optimis ac honestissimis, *Patre* Christophoro Kleschio, Reip. Iglo-  
 viensis Senatore, *Matre* Dorothea Grüffeliana: *Anno* ætatis suæ  
*sesto*, publicis Scholis, & bonarum literarum cultui, in patria  
 datus, eximiam statim de se concitavit expectationem, fore, ut  
 præclaros in iis faceret progressus, èo qvod prima rudimenta fel-  
 ili poneret successu. Post, ubi, mortuo Patre, piâ matris curâ,  
*Rosnaviam*, & inde ad *Gymnasio Eperiesiense* & *Posoniense*, uberioris  
 doctrinæ comparandæ causa, missus est, spem de se conce-  
 ptam omni animi contentione confirmavit, ac viâ, qvam semel  
 bonis auspiciis ingressus fuerat, perrexit, sedulo iis incumbens ar-  
 titibus ac disciplinis, qvibus ad altiora studia juveniles animi præ-  
 parari solent, qvo pacto non tantum Præceptores suos, sed & Pa-  
 triæ Magnates haud paucos in sui amorem pertraxit: qvos inter,  
 Perillustris Lib. Baro *Johannes Török de Telekes* & *Jánosföcz* fili-  
 os suos ejus moderationi ac disciplinæ committere non dubitavit;  
 cui tamen functioni ne ultra annum præfferset, graviori morbo fuit  
 impeditus; ex qvo emergens, *Viennam Austria* ad Avunculum  
 se se recepit, qvi viam ipsi in Germaniam, cujus lustrandæ deside-  
 rio dudum flagrarat, aperuit. *Pragam* itaqve prius in Bohemiam,  
 &

& inde *wittebergam* profectus est , ubi cum paucis commoratus esset hebdomatibus , factò itinere per *inferiorem Saxoniam* , *Westphaliām* , *Hassiam* , in iis *Helmitadiensem* , *Rintelensem* , *Marienburgensem* & *Giessensem* Academias lustravit , & tandem ad *Academiam* venit *Argentinensem* , in qua , cùm sub initium nonnihil temporis cultui Philosophiæ sanioris dedisset , omnem postea animum ad S. Theologiæ studium applicuit : amavit publicos Doctrorum congressus , & Prælectionum Sacrarum attenus fuit Auditor , demisit in animum ac fideliter custodivit , qvæ auribus hausit , qvod & habitis nonnunquam concionibus , & publica , qvam de *Christi Persona* proprio marte elaboratam proposuit Disputationem , fecit testatum . *Witteberga* pariter operam suam divinis consecrans exercitiis , primum sub *Præsidio Jacobi Martini S. Theol. Doct. & Prof. Publ.* Disputationem de *Notionibus Personarum SS. & Individ. Trinitatis* , masculine defendit : neqve multo post Disputationem elucubravit de *Uso & Applicatione Terminorum Philosophicorum ad Res Mysticas seu Theologicas* , qvam sub moderamine *Joh. Scharfi S. Theolog. Doct. & Prof. Publ.* ibidem A. C. 1649. ventilavit , *Magistri* deinceps *Philosophiae ac Poetæ Laureati* titulo , ceu præmio exantlatorum laborum , reportato , ad erudiendam in florentissimo Sempronensis urbis Hungaricæ Gymnasio Juventutem se contulit , ubi per decennium functione *Correctoris* laudabiliter obitâ , *Günzium* , urbem Hung. infer. nominatissimam , ad Ecclesiasticum obeundum munus vocatus , Spartam qvam ibidem nactus est Sacram primariam apud cœtum germanicum , egregiè exornavit , eamque sincere , zelose , & orthodoxe , juxta invariatam Augustan. Confess. in omni sui parte administravit , *Consistorialique Senioratus honore ac dignitate* , nec non *Gymnasi Inspectionis Primatu* , insigni cum audientium , docentium & discentium functus est emolumento . Postea legitimâ vocatione ad suscipiendum in Hungariæ infer. urbe *S. Georgio* munus Ecclesiasticum invitatus , eidem , ceu ductui divino , annuens , è *Günzio* A. C. 1663. emigravit : qvo qvidem munere ad tempus usqve persecutionis

Evan-

Evangelicæ, religiose ac sollicito administrato, in superiorem deinceps exul abiit Hungariam, ubi fata quæ subierit, malo alienis quam meis referre verbis, illisqve ex Testimonialibus *Folkavia* in Comitatu Sepusiensi A. 1674. datis Literis depromtis, hocque ordine prolati: *Sistitur heic Vir admodum Reverend. Ampliss. ac Clariss. Dn. M. Daniel Kleschius, qui in Comitatu hoc nostro Sepusiensi, Varalliae per triennium, Olasii vero per sexennium, officio Sacerdotis fideliter functus est. In Contubernio nostra Viginti quatuor, Virali Spartam Senioris per biennium, & Oratoris ordinarii per sexennium quam vigilissime ornavit. Adhac multivaria passus, & A. 1673. d. II. Decemb. ex Parochia sua à Croatis violenter raptus, per Sex menses Caffoviae in captivitate detenus, mira tamen tandem Dei providentia, libero Passu à Generali Spankau obtento liberatus, ad Forum Icompetens Varalliae admissus, Lubloviae melioris securitatis ergo conservatus, atque ab Excell. Principe nostro liber & innocens dimissus est.* Ex superiori Hungaria exul is in Germaniam delatus, primùm *Jenæ Rectoris Scholæ Senatoriæ munus optato discentium successu obivit, postea spartam in Gymnasio Saxon. Leucopetrino Professoris obtinuit, & tandem *Superintendentis Heldrungensis officio præfectus, id quidem aliquandiu laudabiliter administravit, sed insecuto tempore variis agitatus cogitationibus, mirisqve animi vexatus meditationibus, rebus in Ecclesia innovandis & à recepto ordine dimovendis incubuit, unde tum impotentis & corruptæ phantasie, tum obstinati propositi ejus perversitatem satis superqve licebat colligere. Cum autem à Consistorio Ecclesiastico Leucopetrino in judicium vocatus, ratione reddere jubebatur rerum in Sacris innovatarum, ordinisqve turbati ecclesiastici, tanto id animi mœrore, eâqve indignatione suscepit, ut tanquam de gravissimâ sibi illatâ injuriâ apud plures Theologos querelas moveret, qibus tamen non admissis vel approbatis, remoto deinceps velo, omnique rejecto timore, publice profiteri haud erubuit: Puritatem doctrinæ christianæ ex Ecclesiis Germaniæ Lutheranis penitus esse**

ex-

exterminatam, neqve cum antiquâ illâ simplici & pectoriâ convenire. Interea à primis statim Theologici studii annis, mirâ qvandam & singulari prorsus dulcedine rerum captus Apocalypticarum, eò usqve proiectiore ætate in iis investigandis gradum promovit, ut oceanum earum vastissimum sine duce aliquo prudente ac experto, ingressus, non amplius firmiter in illo subsistere valuerit, sed fluctibus monstrosarum opinionum agitatus, nutare sensim in doctrina sua inciperet ac periculose vacillare. Idecirco mysticis ejus prolatis textûs Biblici explicationibus & applicationibus ridiculis apud cordatores qvosqve Theologos locum haud invenientibus, & plerisqve svadentibus, ut easdem, ceu cónjecturas tantum aliquas humanas venditaret probabiles, is contra eas pro divinis revelationibus ex limpidissimo verbi Dei fonte haustis haberi, agnoscitqve, viribus omnibus annitens, in Theologos illas non assumentes sed aperte improbantes, acerbius tam ore qvam calamo inventus ac debacchatus est. Nimirum potissimum Apocalypses Johanneæ partem de bellis tum temporis Gallicis flagrantibus interpretans, imminentem toti Galliæ Regno interitum ac ruinam fatalem prænunciare haud erubuit. Qvapropter etiam A. 1688. ad ipsum Serenissimum Saxonie Electorem *Joh. Georgium III.* ausus est literas exarare, tali iis inserto vaticinio, nempe eum solum sine alterius cuiusqvm ope ac consilio, Gallos fusurum, ad incitas redacturum, regnumqve eorum raditus extirpaturum, penitusqve eversurum. Neqve multo interjecto tempore, *Mersburgi* Prodromum Apocalypticarum suarum Interpretationum A. 1687. inprimi curavit. Deinde Epistolam qvandam germanicam ad *David. Peuckerum* Electoral. Palatini Viduæ Secretarium scripsit, in qua suam de religione Lutherana sententiam hoc verborum contextu manifestavit : *Ich schreibe nun öffentlich/ wir haben kein lauteres und reines Lutherthumb/ die reine Lutherische Lehre ist nun alle nach Dennemarck und Schweden gewichen/ h. e. palam nunc profiteor, haud amplius sincerum, verum, purumqve superesse Lutheranisnum,*

omni nempe vera & sincera doctrinæ Lutheranæ puritate in Daniam & Sveciam concedente. Postquam igitur hæc & alia similia ejusdem somnia fanaticæ in Leucopetrino Synedrio ad examen fuere vocata, præviâ fraternâ qvadam correptione humanissimâ, comiter admonitus est, ut à pravis ejusmodi valdeque scandalosis opinionibus imposterum divulgandis prorsus abstineret, sanæque ac simplici doctrinæ Evangelicæ stricte & constanter inhæreret, eaque de causa A. 1690. d. 18. Jun. literas reversales exhibere debuit, qvibus ipsis non tantum fassus est, se paulo ante citata dogmata contra conscientiam notitiamque meliorem scripsisse, graveque delictum eâ ipsâ scriptione commississe, sed sancte quoqve pollicitus est, se simili scriptio[n]is genere imposterum haud usurum, & omnes Apocalypticas tales interpretationes cane pejus & angue fugitrum. Qvamvis igitur res ipsius tali pacto in vado esse, optimeque tum existimationi suæ, tum Ecclesiaz puritati consultum videri potuerit, attamen in priores mirabilium opinionum labyrinthos prolapsus, literas reversales vi minisqve sibi extortas, easqve tyrannicam, papisticam, imo diabolicam compulsionem & coactionem fuisse malitiose passim cavillabatur. Qvamobrem ut svavibus suis deliriis ac somniis majore cum licentia posset indulgere, circa finem Anni 1690. septuagenarius fere, officio ecclesiastico, multiplice sub prætextu, se abdicavit, insalubrem potissimum cœli Heldrungensis aerem suo corpori valde noxiū causatus. Inde Halam petens Saxoniaz Academiam florentissimam, plenisqve in colloquiis ac sermonibus familiaribus, osorem Ecclesiastici Lutheranorum Ordinis palam se exhibebat, omnesqve Superintendentum, Inspectorum, Consistoriorum & Conventuum Ecclesiasticorum actiones, consultationes, constitutiones, decisiones, decreta, & sententias, tanquam novi Papatûs, & in conscientias usurpati dominatus, simulacra traducebat, pluribusqve aliis criminibus ac fugillationibus proscindebat. Interea hoc & seqvente ad annum usqve 1695. tempore, diversis tractatulis germanicis hinc inde locorum è prelo emissis, fanaticæ suæ doctrinæ semina spargere perge.

## HUNGARIÆ LITERATÆ.

211

pergebat, atque asylum mox apud Magnæ Britanniæ, Daniæ & Sveciæ Reges, mox apud Electorem Brandenburgicum anxie quæsitum obtainere laborabat, mox Hamburgensium in urbe præsidium ac refugium se adepturum sperabat, sed nullo in loco voti sui metam attingens, vanis suis ac temerariis excidit ausis, inaniaque somniorum suorum inanum consilia esse, re ipsa comperit. Licet autem à nemine, quantum constat, dogmatum suorum assensum, nedum applausum fuerit consecutus, tantum tamen abest, ut sine omni prorsus noxâ pernicieque eadem divulgaret, ut potius maxime deplorandum Ecclesiis vere Lutheranis scandalum dederit, multosque in iisdem piscatorios Christi asseclas doctrinâ suâ mysticâ, ac inique detorto S. Scripturæ sensu offenderit. Ceterum quod speciatim, ad deliramenta ejus attinebat Apocalypticæ, hypothesis ejus circa VII. Ecclesiæ Apocalypſ. cap. 2. & 3. enumeratas, ista fuisse perhibetur: nempe per Ecclesiam Ephesorum, præfigurari Ecclesiam Graciam; per Smyrnaeorum, Abyssinensem; per Pergamensem Moscoviticam; per Thyatirorum Papisticam; per Sardiorum Calvinianam; per Philadelphorum genuinam & orthodoxam Lutheranam Ecclesiam adumbrari. Per Angelum Apocal. cap. 10. Pedem suum sinistrum super terram, h. e. Galliam, dextrum mari, h. e. Italiæ imponentem, adumbrari dicebat Carolum M. Deinde primam bestiam è mari adscendentem, ajebat, esse Papam, ejusque VII. capita esse Germaniam, Hispaniam, Portugalliam, Britanniam, Daniam, Sveciam & Poloniam, ipsum vero Pontificem Romanum esse caput octavum, atque hæc cum Gallia & Navarra confidere X. cornua. In priore bestiâ minore, h. e. moderno Rom. Imperio Septem capita, esse septem Electores, Regem autem Bohemiæ esse octavum, Apoc. 17, 13. decem cornua esse directores decem Imperii Rom. Circulorum. Alteram ex mari egredientem bestiam esse Ludovicum XIV. modernum Regem Gall. cuius numerus sit 666. ceu nomen ejus Romanis literis exaratum LUDoVICVs ostendit, sive tria lilia, hebr. לְוִיָּה lilium לְוִיָּה nempe sex significante; atque ex hac bestia duplia prominere

D d 2

cornua,

cornua; nempe Galliam & Navarram, & sermone à draconis  
 haud dissimili uti, h. e. lingvâ corruptâ latinâ, sive Gallicâ. An-  
 gelum *Apocal.* 14. candidæ nubi insidentem esse *Wilhelnum III.*  
 magnæ Britanniæ Regem; Angelum autem, è templo prodeun-  
 tem *vers.* 15. clamantem voce magna ad eum qui insidebat nubi,  
 mitte falcem tuam, & mete, modernum esse *Regem Borussiae Fri-*  
*dericum III.* Angelum *vers.* 17. habentem in manu falcem acutam,  
*Regem esse Danorum*; Et alium Angelum *vers.* 18. habentem  
 potestatem in ignem, esse *Regem Svecorum*: Atque hos omnes  
 terram, i. e. Galliam vastaturos. Angelum *vers.* 6. volantem per  
 medium cœli habentem Evangelium æternum, esse *Lutherum*:  
 Alium Angelum *vers.* 8. dicentem, cecidit Babylon, esse *Martin.*  
*Chemnitium.* Tertium Angelum *vers.* 9. commemoratum, semet  
 ipsum esse *Kleschium.* Templi atrium esse Lutheranismum in Germa-  
 nia vigentem, interiorem templi chorum esse Daniam, denique Alta-  
 re esse Sveciam. Duos testes *Apoc. cap.* 2. cœlitus missos esse Imperi-  
 um Cœtanum & Trapezunticum, quæ duo imperia denuo stabilita.  
 Turcicam potentiam infringerent, & Imperium Turicum peni-  
 tus abolerent. Hæc ipsa esse Angelum cum sextâ tubâ & bestiam  
 ex abyssô ascendentem *Apoc. 16.* 7. Qvo tandem fati, morbi, mor-  
 tisqve genere, qvo in loco, qvo tempore, qvove ætatis anno ex-  
 hac vita emigrarit hic noster Kleschius nondum potui compreire:  
 Sane nisi ejuratis rejectisqve scandalosis suis dogmatibus, seriam  
 veram qve de iisdem disseminatis egerit poenitentiam, judicium qvi  
 olim subiturus sit gravissimum, Deoqve rationem de illis reddi-  
 turus, haudqvaquam erit dubitandum. Interea lubens prætero  
 plures ejus: alios mentis non admodum sanæ monstrosos abortus,  
 & falsiloquas de rebus futuris divinationes: Quemadmodum au-  
 tem vaniloqvo suo ore credulorum aliquot simplicium aures ob-  
 tudisse maximæ sibi gloriæ duxit, ita opusculis calamo exaratis,  
 onerasse potius eum constat, Christi Ecclesiam, quam ornasse: Ple-  
 naqve tamen opuscula, ceu ipse fassus est, latino edita sunt idio-  
 mate,

## HUNGARIÆ LITERATÆ

213

mate, veluti hoc indicare queunt *Orationes ejus Scholastice, Specimina Examiniū, Actus Inaugurales, & Carmina pene innumerā*: quorum omnium titulos uti nec conspicere mihi unquam licuit, neque etiam referre operae pretium esse judico, ita aliorum ejus opusculorum, in primis *Concionum*, mentionem facere, titulosque heic producere collibuit, prout nempe quælibet in manus meas pervenerunt:

*Post Sementis Evangelica Granorum quinque Sacrorum, Scripta.*  
 das ist spate Evangelische geringe Nach-Saat fünff geistliche Rörner ex Matth. 22, 24. Wiedüncket euch um Christo? &c Lipsia 1675. in 4. *Apostolica Status ratio in Politevate cœlico Pauli ex textu Epistolico Phil. 3, 20. exposita, Sacro Foedere, Privilegio, Fundamento, Scopo, Regno proposita, & Apostatica Statū Rationi opposita.* Das ist: Geistlich-Apostolischer Staatist / aus dem Himmelischen Bürger-Recht/ St. Pauli Phil. 3, 20. und dessentreuen Bund/Freiheit/Grund/Ziel/Reichs-Eigenschaft geistmässig abgesehen / der falschen Welt-Statisterey entgegen gesetzt / und in einer einfältigen Gast-Predigt am 23. Sonntag Trinitatis / aus der ordentlichen Lection und Epistel Phil. 3, 20. und der daraus genommenen fünf wortigen Staats-Regel: Unser Mandat ist ihm Himmel / zum Dom in Hamburg / der Gemeine Christi Schriftmässig vorgetragen. Hamburg gedruckt A. 1675. in 4. *Evangelica Status Ratio, in Diplomate Messiano Matth. 22, 21. exposita, Summo Imperio, Mysterio, Officio, Principio, Peculio innixa, & Machiavellianæ Statū Rationi opposita.* Da s ist: Geistlich-Evangelischer Staatist, aus dem Himmel-Is-Blech des Staats Herrn Messiae, Matth. 22, 21. und dessen Ober-Herrschaft/Geheimnis/Pflicht/Ursprung/ und Eigenthum Geistmässig abgesehen / der falschen Welt-Statisterey entgegen gesetzt / in einer einfältigen Bât-Stund-Erinnerung / am Montag nach dem 23. Sonntag Trinitatis, aus dem ordentlichen Evangelio.

D D 3.

Matth.

## SPECIMEN

Matth. 22, 21. und der daraus genommenen Geistl. fünffwörtigen Staats-Regel: gebet Gott was Gottes ist/ ad Populum Hamburgensem in Templo cathedrali habita, A. 1675. in 4. *Christiana Status Ratio, ex Chronico Axiomate Paulino Ephes. 5. 15. Panitentiâ maturâ, Prudentiâ purâ, Patientiâ durâ solenniter proposita & simpliciter exposita, nec non Pseudo- Christiana Status Rationi opposita :* Das ist: Geist- Christlicher Staates / bey der Apostolischen Zeit- Brachtung s. Pauli Eph. 5, 15. In zeitlicher Buß- Reinigung / heiliger Verstands- Erleuchtung / und Göttliches Willens durch Christlicher Getult Vereinigung / Geist- mässig aufgesetzt / einfältig fortgesetzt / und dem falschen heuchlerischen Maul- Christenthum entgegen gesetzt. Hamburg/ gedruckt 1676. in 4. *Homagium Sacrum, palmarium Rationis Status Mystica Axioma, h. e. Specimen Fidelitatis primum ac perpetuum, Pracone Esaiâ cap. 60. Magis Nunciis terrestribus, Oratoribus Orientalibus, Apostolicis, Evangelicis, Oecumenicis, Authenticis, continua obligatione, pro omni Posteritate, ad Cunas recens nati Regis Iudaorum, JESV CHRISTI, Apparatu ingenti, Jure recenti ac perenni, Actu convenienti ac solenni exhibitum, repetitum, jureque jurando prestatum, h. e. Geistlicher Huldigung Erstes und Hoch- feyliches Prob- Stück/ mit einer öffentlichen Endes Pflicht / welche die völliche Kraft hat folgender und ewiger Erb- Verbindung auf die ganze Nachkommenheit / in Gottes Wort und Befehl vollbereitet / vollberechtigt / vollbracht / durch den Prophetischen Herolden Esaiâ LX. verkündiget / protocollirt/ aufgezeichnet / von den Wäsen aus Morgen-Lande / als Gevollmächtigten Botschafftern/ bey den Kripplein Jesu/ des Königes aller Könige / unsers natürlichen Erb- Herrn unterthänigst abgestattet und geleistet / anjeho aber nach Verlauffung 1676. Jahre/ am H. dren König- Tage/ als an unserm grossen Neuen Jahrs- und Huldigungs- Fest*

Fest widerholet / verneuert / Geist-mäßig vorgestellet / und  
 Schrift-mäßig geprädiget im Dhom zu Hamburg. Geo-  
 druckt daselbst A. 1676. in 4. Bekanntis des Glaubens  
 D. Martin Luthers / Erstlich ausgangen im Jahr 1529.  
 und nach dieser Zeit zum öfttern aufs neu wieder aufge-  
 legt in dieser acht-blätterigen Form / nebst einem Welt-  
 Büchlein / mit dem Calender und Passional zum erstenmal  
 das Jahr vor seines Lebens-Ende / corrigiret und gehemhet  
 von Ihm selbst / im Jahr 1545. und nun auf vielfältiges  
 Verlangen, frommer Christen / ohne ehnigen zusah / her-  
 aus gegeben von einem freyen und treuen Glaubens-Be-  
 kenner der reinen Evangelischen Lehre und lantern ewigen  
 Warheit. Mit einer einfältigen vorrede und kurher Zuei-  
 gnungs-Schrift. Im Jahr 1692. In cuius libelli Dedicati-  
 one subscriptio adornata est h. m. Der freye und treue Glaubens-Bekenner reiner Evangelischer Lehre und lantern ewigen Warheit / nahmens Daniel Wesch / der bekante/  
 verachtete / bedrängte / gebranczte / verjagte / geplagte / und  
 doch nicht verzagte Auswüslung / Fremdling / und Mit-  
 Genesse am Reich und am Trübsal / und an der Geduld  
 Jesu Christi / Apocal. 1, 9. Entwurff des Geheim-  
 nishes von dem Thiere mit zwey Hörnern A. 1691. in 4.  
 constat 2. Phyliris, atque paulo ante discessum ex Heldrungâ urbe  
 hunc tractatulum, post Prodromum ejus Merseburgi confisca-  
 tum, conscripsit, in quo de proxime imminentे totali Regni Gal-  
 liarum interitu vaticinia sua proposuit; ex cuius præfatione pauca  
 quædam dialecto coagmentata Austriaco-Saxonico-Svevicâ, decer-  
 pra heic lubet adducere, ut mens inde hominis desipiens magis  
 magisque patefiat: Die über dem Welt bey den Schieren  
 woll ich gern heraus haben: Eack gilt's und enckere Haut  
 die ihr an und über der Thana wohnt / Ihr ehrlichen  
 Baaren; Auch enck wirds treffen ihr Schwäbele. Ihr  
 Würteberger fascht eure Dege mit der Fauscht. Es kommt  
 die

die Beschtia mit ihren Landerly. Dat Untheer mit zwölen  
 Hornen macht lose Hängel : Het parleert up gut Dra-  
 cisch / verstaht ju dat? *Triumphus Britannicus Brennoni-  
 cus 1690. fol. sunt 3. plagulæ, in quo prædicere ausas est, Magnæ  
 Britanniae Regem Wilhelnum III. incentore & instigatore Ele-  
 ctore Brandenburgico, Galliæ regnum penitus everfurum.* *Æ-  
 nigma de lingua draconica*, A. 1691. fol. est unica philyra, in qua  
 docet, per lingvas Latinam, Italicam, & Gallicam, nullam aliam,  
 qvam lingvam intelligendam esse Draconicam. Et qvamvis vide-  
 tur in hoc schediasmate eum maximi facere Formulam Concor-  
 diæ, utpote *Apocal. cap. 2. 20. cap. 17.5, cap 14.1, 2, 3, 4, 5,* præfig-  
 uratam, mox tamen subdit, Chemnitii posteros, ob frequentes  
 hæresium criminationes, multos ab ejusdem approbatione abster-  
 ruisse, eamque non tam obicem, qvam apertam esse januam, ne-  
 mini non, etiam heterodoxo, liberum permittentem introitum.  
*Schema VII. candelabrorum 1691.* est unica philyra in fol. regal.  
 ubi se *Danielem tertium* esse insolenter jaëtat, græcoqve nomine  
 κλεïς sibi tributo, se clavem esse perhibet Apocalypseos Joha-  
 neæ: qvin Ministerium etiam Hamburgense Ecclesiasticum, non  
 veretur, propter qvasdam in eodem agitatas controversias The-  
 ologicas, nomine falsæ, erroneæ, & Laodicensis Communionis  
 nomine insignire. *Öffentliche Protestation von dem Thier  
 mit 2. Hörnern / 1691. 4.* sunt 2. plagulæ, ubi iterum Regem  
 Galliæ productum, ad Albis usqve fluenta penetraturum, & po-  
 stea ruinam passurum vaticinatur. Semet ipsum vero tertium, post  
 excessum Lutheri Chemnitiiqve, esse Angelum tradit. *Æni-  
 gma de Lingua Draconica*, 1692. fol. eadem in se continet, qvæ  
 supra adductum : speciatim tamen in eos quoqve invehitur  
 Theologos, qui sibi consilium suggestissent, cogitata mentis  
 suæ problematice & non apodictice ventilandi. *Programma  
 Orationi Haleæ de Apocalypticis Arcanis habenda præfigendum, la-  
 tino & germanico idiomate, 1691. fol.* est unica plagula. *Pro-  
 grammæ latine & germanicè elaboratum, quo ipso Universitati  
 Haleæ*

*Hala recens creatæ gratulatur, eamque Halas Salinas Sali Hyalini  
in solo Salano appellat. Gratulatio de homagio ob susceptam  
Electoratum ab Electore Saxonia Frid. Augusto præfito, A. 1694.  
ubi præter inventionum suarum oblationem, pro sustentatione sua  
gratiam opemque Electoralem implorat, seqve nominat den  
Kräffigst-Huldenden/Kreichenden durchs Kreuz mit De-  
muth-Kraut/ A. 1694. fol. sunt 2. phylax. Warnungs-  
Anrede an die Deutschen/ in welcher der Autor absonder-  
lich erwiesen will / daß Dan. 7, 8, 20, 21, 22. de duobus di-  
stinctis cornibus gehandelt werde / acriterque in Theologos in-  
vehitur, A. 1695. fol. sunt 2. plagulae. Preter hec & alia sua  
scripta, pollicitus est, se editurum singularem Commentarium de  
Vaticinus Danielis Propheta, itemque Prodromum defensum, nec  
non Metadromum & Apodromum Apocalypticum: postea qvoque  
Tractatum de Bestia bicorni, & Esoptroscopiam Apocalypticam, ut  
jam nihil dicam de rebus illius Apocalypticis, qvarum MStos co-  
dices 17. Alphabetis constare, & in scriniis diligenter asservatos se  
habere, dicitur saepius asseruisse. Taceo Epistolas partim ad D. Schul-  
zium Consulem Hamburgensem exaratas, in qvibus Christi adven-  
tum ad extremum judicium A. 1700. certò futurum; Johannem III.  
Poloniarum Regem à Romano-Catholicâ ad Calvinianam fidem tran-  
situs, ac Pontificem Rom. è folio suo deturbaturum, sine omni  
judicio & modo prænunciavit: qvin illud etiam monstri tandem  
in pectori suo aluit, ut aperte professus fuerit, qvemlibet Eccle-  
siarum Lutheranarum Superintendentem, se supra ipsum Deum  
efferre, ac Antichristum esse, utpote qvod Antiphonæ illi Eccle-  
siasticæ antiquissimæ præpositio, *Super, verbo intende præmissa sit;*  
qvæ & plura hujus furfuris alia, tum in scriptis supra jam citatis,  
tum alibi commemorata licet reperire. Sed quis omnia opinionum  
talium pertenta recenscat? Consulesis *Anonymi librum germani-  
cum*, cui titulus est: *Unschuldige Nachrichten von alten und  
neuen Theologischen Sachen/ Büchern/ Urkunden/ Con-  
troversien, Veränderungen/ Anerkennungen/ Vorschlägen/**

und dergleichen ic. Verfertiget von einigen Dienern des  
Göttl. Wortes. A. 1705. Leipzig / in 8.

*Judicia.*

Neque vero existimandum est, Kleschium prorsus inglorium vixisse, nec ullum unquam meruisse applausum: Sanè cum mente adhuc sanâ in corpore fano, qvâ juvenili, qvâ virili floraret, atqve muneri scholastico non minus quam Ecclesiastico fideliter ac utiliter præcesset, exilium etiam ob Christi nomen injunctum fortiter & constanter pertulisset, egregia hinc inde *præconia*, *elogia* & *encomia* à Fautoribus, Confratribus & Amicis reportavit, qvæ pleno quasi thylaco videntur congesta in unicam philyram, *carmibus repletam XII: gratulatoriis*, titulo præposito hocce: *Palma preffa altius assurgens*, h. e. Vir maxime Reverendus, Nobilissimus, Amplissimus atqve Praeclarissimus *Dn. M. Daniel Kleschius*, Hungarus, Pöet, Laur. Cæs. qvondam Ecclesiarum Günz. & S. Georg. in Infer. Hungaria: dein Warall. & Olaffiensis in Szepesiensis Superioris Hungar. Comitatu Antistes, Inspector, ut & Venerab. Consistor. XXIV. Regalium Pastorum Senior, Orator Ordinarius & Assessor primarius, de singulis præclare meritus, nunc pro nomine Christi Exul constantissimus, postqvam superatis, insolita fortitudine, ob religionis & coelestis veritatis Zelum, diri carceris periculis, variisqve in Germania peragratis provinciis, Exedras B. Lutheri in amplissimis urbibus exornans, Spicilegio mystico, post Semeni item, Status ratione Apostolica, Evangelica, Christiana, &c. Eiusqve pecuniae palmario, Homagio sacro, & pietatis, virtutisqve præmio, Laurea in SS. Theologiâ primâ, in florentissima Lipsiaca Universitate cumulatus, magis magisqve inclaresceret, celebratus & de cantatus à Sympatriotis, in diversis Academiis degentibus Popularibus, Crucis & Exilii Consortibus. in 4to, est unica Philyra, carminibus XII. constans gratulatoriis. Curriculum quoqve Kleschii encomiasticum ingressus est *Andreas Daniel Habichorstius*, Professor in Academ. Rostoch. celeberrimus, variis Anagrammatibus ex trigâ nominum, *Magister Daniel Kleschius*, de promatis, qvæ Concioni Pœnitentiali Hamburgi ex chroni-

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 219

chronico Axiomate Paulino Ephes. 5, 15. h. bitæ , cum titulo ; *Christiana Status Ratio* , circa finem sunt apposita. At vero ut paucis multa comprehendam : *Klechius in juventute fuit senex, in virili etate Hercules, in senectute infans.*

*Konecsnius* Matthæus , *Hungarus* , Ecclesiarum Evangel. Bohemiæ, Moraviæ & majoris Poloniae Superintendens , mortuus est A. 1622. d. 8. Febr. ætat. 52. Ejus est *Ecclesiastes domesticus, sive, Ratio cultus divini cum familia celebrandi. Theatrum divinum. seu Contemplatio rerum à Deo creatarum. Liber, de officiis Christianis, ex Scriptura Sacra confirmatus. Veritas triumphans, sive Apologia contra Scriptum calumniosum Sturmii iteratum, bohemice*, Vid. Henning. Witte, Diar. Biograph. ad A. 1622. d. 8. Febr.

Scripta.

*Kövesdi* Michael, *Comarinô - Hungarus* , Prorector qvondam Gymnasii Soproniensis , edidit *Grammaticam Hungaro-Latinam, qua typis excusa est Leutschoviae 1690. 8.*

## L.

*Lapsánzki* Johannes, *Hungarus* , Secretarius qvondam Eminentissimi S. R. E. Cardinalis, atque Archi-Episcopi Strigoniensis , *Georgii Szelepcseni* , nec non Judicij Delegati A. 1675. adversus Protestantium Ecclesiarum Verbi Divini Ministros, *Posonii* instituti , *Notarius Publicus* , qviqve acta Judicij à Fiscali tum temporis Regio consignata , & ad calamum sibi dictata , diligenter exceptit , Responsis insuper in Jus vocatorum *Protestantium* , atque Replicis Procuratorum sive Advocatorum eorundem, munere nempe suo ita exigente, studiosè annotavit. Falso igitur traditum est, hunc *Lapsánzki* fuisse Jesuitam Pseudonymum , assumto sub *Lapsánzki* nomine latitantem Prodiit hujus Viri operâ, Tra-

status, latino primùm, deinde verò germanico etiam idiomate, & qvidem tribus vicibus. Titulus illius germanicus A. 1683. luci publicæ expositus est iste:

*Scripta.* Kurzer und wahrhafter Gerichts-Auszug / womit unverholen und Sonnenklar erwiesen wird / daß die im Königreich Ungarn Un-Catholische Prædicanten / nicht in ansehen der Religion; sondern der Rebellion und Aufrühr wegen / abgesetzt und des Königreichs verwiesen: auch nicht weniger erst erwähnte Prædicanten nicht insgesamt / sondern ein jeder insonderheit gerichtlich hier in Sachen überwiesen / geurtheilet und rechtmeßig verurtheilet worden. So einem Hochlöbl. Delegirten Königl. Gericht zu Presburg zugeschrieben / und durch eben hochgedachten Hochlöbl. Delegirten Gerichts-Secretarium / so Ambts wegen völligem Verlauff persönlich beygewohnt / auch alles und jedes selbst treulich in die Feder übernommen; versasset worden. Erstlich gedruckt zu Tyrnau in Ober-Hungarn Anno. 1675. im Monath Martii / hernach im Mayo zu Dillingen nachgedruckt / jehund aber bey diesen laufenden Zeiten / treulich und nützlich zum drittenmahl aufgelegt und gedruckt im Jahr 1683. in 4. Diesen ist anbeis columnen-weis beygefügert und angedruckt noch ein anders Tractälein / so aus nachfolgenden Titul zu ersehen: Kurze Nachricht / entgegen gesetzet dem läugenhaften Bericht / oder wie er genannt wird / dem kurzen und wahrhaften Gerichts-Auszug / eines wohlgezogenen Pulli Jesuitici, nahmens Johannes Laplanzki, Erz-Bischöflichen Secretarii / welcher A. 1673. und 74. dem Delegirten Königlichen Gericht zu Presburg / Amptswegen beygewohnt / und was vorhero schon von denen Pfaffen abgeschmiedet gewesen / treulich in seine Feder übernommen / und nunmehr durch öffentlichen Druck publiciret und heraus gegeben: Ihme selbst / als dem Verfaßer zu schlechten Ruhm / denen

so

so genannten Un-Catholischen Prædicanten aber / als welche nicht in Ansehung der im Königreich Ungari entstandenen Rebellion und Aufzührs ; sondern wegen der Religion / welche denen Pfaffen und Jesuiten ein dorn in den Augen gewesen / ihrer Aempter entsehet / und aus dem Königreich verwiesen worden ; zum theil barbarischer Weise tractiret / in Eisen und Banden gefänglich behalten / und endlich auf die Galeern verschickt / zu gebührender Uaschults-Bertheidigung / weil ja diese offenkundige Lügen / nun zum dritten mahl gedrucket / und denen Einfältigen im Papstthum vorgeleget / und an statt eines Bildprets gar theuer verkauffe worden / ohne zweifel zu dem Ende / die Evangelische Prediger aus Nagara damit verhaft / und die in andern Orten Lutherische Geistliche / sambt ihren Gemeinden / verdächtig zu machen. Dieses mahl furchtlich / aber doch aufrichtig widerlegt / daß man die ganze Sache und Ursach der daselbst entstandenen Rebellion / sehen und verstehen könne / heraus gegeben von József Krestánszki / aus Freyberg. Gedruckt / nach dem Gerichts-Auszug / in selbigem 1683. Jahr in 4.

Alias certè egregiam laudem reportavit in *Anonymi* cuiusdam Tractatu, cui titulus præfixus est iste : Hungarische Prædicanten Unschuld / wider die dreißigfach unwahre Beschuldigung / damit allein Ansehen nach / ein Jesuiter / unter dem Namen Johān Lapsānszki, des Delegirten Königl. Gerichts in Hungaria Secretarii / in einem Gerichts-Auszug / ganz ungriedit / falsch und verleimderisch für gibt / daß die im Königreich Hungaria Un-Catholische Prædicanten / nicht in Ansehung der Religion ; sondern der Rebellion wegen abgeschafft u id des Königreichs verwiesen woden se. Gedruckt im Jahr Christi 1675. 4 : quo ipso in Tractatu uti sepius elogio eruditii Secretarii ornatus deprehenditur, ita communi etiam fama excellentior literatura eidem semper fuit attributa. *Elogia.*

*Ladiver Elias, Hungarus*, primò Bartphæ munere Re-  
ctoris Scholæ fungebatur, unde in Gymnasium illud celebre E-  
periesiense ad Professoris Logicæ munus obeundum vocatus, ibidem  
ad destruetionem usqve illius Gymnasii laudabiliter hoc functus  
est officio. In exilium Pontificiorum jussu actus in Transylvaniam  
confugit, ubi Schesburgensis Gymnasii Rector, post fata celeberrimi  
Polyhistoris Hartmanni constitutus, magna cum nominis glo-  
ria & insigni juventutis emolumento spartam suam exornavit. E-  
periesini existens, multas *Disputationes* varii argumenti contra  
Adversarios habitas publici juris fecit. Cum PP. qvoqve Soc. Je-  
su Eperiesini & Cassovie s̄p̄ius coram est congressus, unā cum  
Collega Jsaaco Zabanio, antehac ab eo dissentiente in doctrina  
Atomorum, qvam idem Zabanius contra ipsum defendit, *Vitte-  
berga edita Apologia*, Hungaris atqve Transylvanis inscripta. *O-  
puscula* etiam Ladiver vulgavit varia, atqve typis in Hungaria  
imprimi curavit, qvorum tamen titulos memoriā nunc me non  
teneo, præterqvam illius Libelli in forma 8. *Leutschovia A.* 1672.  
literis *Samuelis Breveris* excusi: *Versus Memoriales & Differen-  
tiales diversorum Autorum, ad Etymologiam & Prosodiam ma-  
xime spectantes, de Generibus Nominum, de Preteritis & Supi-  
nis Verborum, de Quantitate Syllabarum, & de Discrimine vocum  
cognatarum.* Qvod ipsum in florentissimo qvondam Gymnasio  
Eperiesensi non solum, sed & pluribus aliis in Hungariæ Scholis  
juventuti studiosæ hodienum inculcatur, magnoqve in pretio ha-  
betur.

*Laknerus Christoph. J. U. D. Consul* qvondam Regiæ Liber-  
æqve in Inferiori Hungaria Civitatis Semproniensis (qvæ ipsinatales  
dedit) ut & Sacræ Cæs. Regiæqve Majestatis FERDINANDI II.  
Aulæ Familiaris & Consiliarius gravissimus; Descriptione *Corona  
Hungarica* aliisqve plurimis Scriptis celebris. Vir planè incompar-  
abilis, qvi sui similem, eo qvo vixit ævo, habuit nullum; sui  
diffi-

## HUNGARIÆ LITERATÆ. 223

diffimiles reliquit plurimos. *Patrem* habuit *Aurifabrum*, à quo artem hanc in ætate juvenili ita exactè didicit, ut alios eidem arti addictos multis parasangis post se reliquerit. Pocula, pateras, calices, annulos, pelvim & alia vascula argentea manu propria artificiosè elaborata, prædicto Augustissimo Imperatori Testamento legavit & reliquit, hac fini, ut sua Sacratissima Majestas Testamentarias à se factas Dispositiones, *Legata in Evangelicorum Studiosorum stipendia & subsidia* confirmaret. Cui tam charus erat, ut nullo monitore præmisso ( *unangefagter* ) quotiescumque Aulam Cæs. viseret, liberrime accedendi Imperatorem copia patret & facultas, & qvicqvid Privilegiorum vellet, in Bonum egregium & incrementum Civitatis impetraret. Occasio insolite hujs Clementiæ hæc erat. Postqvam Licentiam Juris obtinuisse, commendatus illi fuit *Lib. Baro* qvidam *Carinthius*, qvem ex Collegio Principum Tubingensi duxit per Italiam, ejusque studia & iter, ceu Moderator direxit. Accidit verò non sine singulari divinitate Providentiæ nutu, ut eodem tempore Serenissimus Austricæ Archi-Dux FERDINANDVS, tum adhuc minorenns, ( brevi post electus Rom. Imperator) incognitò qvod dicitur, peregrinaretur, qvem in idem Diversorium forte fortuna delatum *Laknerus* noster agnoverat, cautè tamen dissimulavit, nec toto illo per universam Italiam, itinere, qvod veluti inito pacto junctoqve comitatuu mutuò aggressi fuerant, ullo unquam vel gestu, vel alio indicio prodidit, siquidem Archi-Dux à nemine voluit esse agnitus. Paulò post ad Thronum Cæsareum electus FERDINANDUS II. Laknerum hunc nostrum adeò estimavit, & inter ceteras ejus virtutes *Silentium* seu *Taciturnitatem* tantopore deprædicavit, ut inter Consiliarios suos tales sibi optarit *Lakneros* *Silentiaros & prudentes Cornelios Nepotes*. Intimæ semper apud eundem Imperatorem fuit admissionis, imò non mentiar, si dixerò, familiaris confidentiæ, adeò ut nonnunquam missis placentulis Semproniensibus ac fundulis Augustum Imperii caput recrearet, omnibus aliis bellariis, imò Indicis preciosissimis donariis, chari-

charioribus. Cumqve felicissimè administrata per complures annos Republica, tandem ἀτέκτω i. e. sine prole ac hærede è vivis decederet, Testamentum condidit, derelictas facultates plusquam *centum millium* in piis causas coetus Evangelici, cum ratificatione solenni Regia distribuit, in qibus pauperes studiosos indole optimâ præditos stipendiis annuis ornandos, & in Academiis liberaliter sustentandos, & pauperum civium filias certâ pecuniâ dotandas, & in nuptiis juvandas censuit. Et quod non tacendum, Confœderationem Nobilium & Studiosorum in urbe Sempronio erexit, Magistrum Foederis constituit & Curatorem vinearum, quas huic Societati legavit, certisque ligavit legibus, ad conjunctionem animorum, servaremque conversationis candidæ harmoniam utrinque conciliandam. Verè hic vir fuit ævi suornamentum, Cesaris delicum, Themidos Corculum, Pauperum & Innocentie Afflum, Curia Oraculum, Hungaria ocellus, Urbis decus !

*Elogia.*

Celebratus est ab Hartlibio Tubingensi Poet. Laur. Cœf. multis encomiis & Epigrammatibus ex Nominis Anagrammate adornatis, quae olim legi, ex qibus non nisi hoc unicum Distichon memoria mihi jam suppeditat :

*Laknero similem non Secula prisca tulerunt,  
Vixque ferent, credo. postera Secla parem.*

*Ex Danielis Kleßchii Pentade Doctorum Furis in Hungaria,  
quod Schediasma, unicâ duntaxat constat philyrà, Jena A. 1688.  
impressum in fol.*

Neque parum laudis *Laknero* accedere videtur, quod is ipse propter egregiam tum in literis, tum in civilibus rebus partam scientiam prudenti experientiæ junctam, in numerum cooptatus fuerit Legatorum ex Conventu Posoniensi Lincium ad Matthiam, Rom. Imperatorem & Regem Hungariæ, hujus nominis II. missorum, qui (*teste Petro de Réva in Centur. de Monarchia & S. Corona Regni Hung.f.98.*) Regi suo, ceterisque Principibus Regnum & Provinciarum Legatis in Conventu Linciensi congregatis, fideli relatione exponerent, quae circa Regnum Hungariæ hoc tem-

tempore essent gravamini, mandato regio imposterum vel mitiganda, vel penitus auferenda.

*Opuscula à Laknero nostro conscripta publicique Juris facta sunt seqventia: Corona Hungaria, emblematica Descriptio, Augusta Vindel. A. 1616. 4. Questiones Iustinianeæ, Francof. Mæn. 1617. in 12. Galea Martis, seu Bona Militia pro publica salute. Tübinger 1628. 8. Emblematischer Eugen-Spigel. Frankfurt. Mæn. 1618. in 8. Edenburgisches Rath-Haus. in 4.*

*Scripta.*

*Langius* Matthias, usura lucis frui coepit Sempronii in Hungaria A. 1682. Ecclesiastes Patriæ, studiis academicis Wittebergæ in Saxonia absolutis, in patriam reversus, ob excellentes tum ingenii dotes, tum egregiam Theologicarum rerum peritiam, tum Nestorem eloquentiam, tunc eximiam accuratè disputandi promptitudinem, & insignem Adversariorum strophas solvendi dexteritatem, officio Ecclesiastico admotus, nihil prius ac antiquius habuit, quam Auditoribus suis & doctrinâ & exemplo prælucere.

*Scriptum* *hujus Viri germanicum*, quod Lipsie aduersus P. Soc. Jesu prodiit, titulo adornatum est isto: *Zwölff Schlüß-Reden / auf den Religions-Spiegel / darin der Wienerische Jesuit P. Jodocus Kedius zwölff Propositiones / oder Fragen allen Lutherischen Prædicanten gründlich und freundlich zu beantworten vorgehalten/ einfältig/ nach inständigem Begehren etlichen frommen Christen anfangs mit einem ausführlichen Bericht gestellt/ und etlichen schriftlich mitgetheilet/ nun aber kürzlich zusam gezogen/ und mit einer gründlichen Vertheidigung wider alle Etigen-Mäuler zum Druck befördert / durch Matth. Lang, unwürdigen Predigern des h. Worts Gottes zu Niedenburg in Nieder-Hungarn. Psalm 64. Hörre Gott meine Stimme und mein Klagen &c. usqve ad verba: die Gerechten werden sich des Herrn freuen und auf Ihn trauen/ und, alle fromme Herzen werden*

*Scripta.*

werden sich des rühmen / Amen. Leipzig/ gedruckt und zu  
 finden bey Johan. Wittigau. A. 1652. in 4. Apologia Verita-  
 tis, daß die zwölf Schlus: Reden, Matth. Langii noch feste ste-  
 hen/wider den Pragischen Appendicem oder Anhang/ des  
 Jesuiten P. Jodoci Keddi, auch wider alle desselben Büchlein/  
 Taseln/Schriften/ und Spotreden / darinnen Er obge-  
 meldete Schlus: Reden heftlich angezählt/ und noch kein-  
 mahl gebissen/ vielweniger nieder gerissen hat. Eslich  
 seinen bestellten Waffenträgern zu Oedenburg / jetzt aber  
 männiglich/ aus Liebe der Wahrheit/hell und klar gezeigt  
 durch Matth. Lang/ unsvürdigen Lutherischen Predigern zu  
 Oedenburg in Nider:Ungarn Psal. 94. Recht muss doch  
 Recht bleiben/ und dem werden alle fromme Herzen zu-  
 fallen. Ibid. apud Eund. 1654. in 4. Mitleiden zuhaben  
 mit J. S. Terentiano / wegen seines (zu Straubing in Bäh-  
 ern/ cum licentia Superiorum gedruckten ) Langii Trilingvis,  
 oder drenspitzigen Schlangen Zung ic. aus Ursachen/ die  
 männiglichen zu erkennen dargestellt Matthias Lang/ un-  
 sündiger Prediger des Heil. Worts Gottes zu Oedenburg  
 in Nider: Hungarn. Ecclesiae Licheranæ Litania: Unsern Fein-  
 den Verfolgern und Lästerern vergeben und Sie bekehren!  
 Erhöre Uns lieber HErr. Gott. Leipzig / gedruckt bey  
 Johan Wittigau. 1756. 4. Primum Certamen Jesviticum,  
 & qvidem P. Jacobi Thomani Sempronensis Concionatoris, ad-  
 versus Matth. Langium, prognatum, occasione Concionis festi-  
 valis Langianæ de Gloria in Excelsis DEO.

*Lisnyai Paulus, Hungarus, Professor quondam in Gym-  
 nasio Cassoviensi, circa A. 1665. celebris. Edidisse fertur histori-  
 cum quoddam Opusculum de Hungaris, idiomate hungarico, plu-  
 resque alios ingenii sui fecundissimi foetus.*

Lip-

*Lippai* Johannes, natione *Hungarus*, patriæ Posoniensis, natus anno salutis 1606. Societatem Jesu iniit 1624. & in numerum Professorum ad 4. vota adstrictorum adscitus est. Docuit humaniores & literas lingvam Sacram annis pluribus, *Gracii* & *Vienne*. Rexit Collegia *Faurini*, *Unguarini*, *Trencsinii*, & Seminaria Hungarica *Viennæ* & *Tyraaviae*. Postulatu Illustrissimi Archi-Episcopi, Fratris sui, complures annos exegit in ipsius Aula, sed ita religiosè, ut nihil ei pulveris Aulici adhæserit, nihil omnino superflui admiserit. Christianam pietatem ita fovit adhortationibus, ut invitaret exemplis. Statas enim quotidie plures horas Divinis operis accuratè impendebat, in Aulicis turbis nunquam turbatus. Ita se applicabat alienis bonis, ut nunquam deesset suis. Variis per vices morbis exercitus, id didicit, ut demum omnes simul, sine querela, & æquo animo toleraret. Facto enim velut agmine, hostes irruerunt in eum *Hydrops*, *Tympanites*, *Calculus*, *Podagra*, *Cordis palpitatio*, quos omnes, cum solatio ex Divina voluntate in se impleta, sustinuit. Demum gratiis actis Deo pro beneficio Vocationis, Superioribus pro paterna cura, adstantibus pro ultima caritate, & postulata erratorum veniâ, plenus spei & amoris in Deum, animam reddidit Creatori, Trencsinii die 2. Junii A. 1662. In lucem emisit, hun-*Scripta* garico idiomate: *Calendarium Oeconomicum*, Posonii 1662. in 4. *De Insitionibus & Seminatione*, *Ibid.* 1663. *De fructibus diversissimis producendis*. *Ibid.* 1666. Vide *Philippi Alegambii Biblioth. Script. Soc. Jesu*, auctam à Nathan. Sotvello fol. 469.

N.B. Ex illustrissima hac Hungariæ Comitum de Lippai Pro-sapia, originem suam duxisse fertur Vir ingenio præstanti atque eruditione insigni prædictus Procopius Bonanus, qui ab Archi-Episcopo Strigoniensi Georgio Lippai, mortuo Posonii A. 1666. die 3. Januarii, in remotiores & intimiores Hungariæ partes ablegatus est, ad investigandas & perscrutandas Regni illius fertilissimi pariter ac facundissimi occultas naturæ dotes, atque absconditas montium fluminque divitias; inopinata verò Mors impedimen-ta fuit, quò minus magno studio ab ipso collectæ circa hoc argu-

*mentum Observationes quamplurima lucem adspicere publicam potuerint.*

*Lochnerus Joh. Andreas, in Hungaria hanc in lucem Sempronii editus, Tubingensi in Universitate florentissima Studio Juris in cumbens tantos fecit progressus, ut exantlatorum laborum præmium, mitram reportarit Doctoralem. Inter plura eruditionis suæ edita specimina maximo in pretio habetur ejusdem *Jus Publicum Hungariae*, in forma Disputationis breviter adumbratum, Scriptum cuius titulus h. m. est conceptus : *Facies Juris Publici Hungariae*, Praefide Johanne Gravio J. U. D. ejusdemque Prof. Publ. & t. t. Facultatis sua Decano, publico eruditorum examini submissa à Joh. Andrea Lochnero, Sempronio Hungaro. Tubingæ, typis Joh. Henr. Reisii. A. 1666. in 4. constat s. philyris. Autor in hac eleganti Disputatione X. pertractat capita, qvorum Caput I. agit de Etymo & Synonymia Voci Hungarorum. II. de Regno Hungariae. III. de Rege, insignibus Regni, Eleccione & Coronatione. IV. de Palatino & Comitibus seu Statibus Regni. V. de Clericis. VI. de Comitibus, Civitatibus & Nobilibus. VII. de Comitiis. IX. de Religione. IX. de Militia & fortitudine Hungarorum. X. de Legibus sive Jure Hungarie. Evidem uti laude sua defraudandus haut est egregius iste conatus, qvem in *Juris Publici Hungarici*. adumbratione Orbi eruditio Autor eruditissimus exhibuit, utpote primus, quantum mihi constat, in hoc tramite decurrens; ita vota plerorumque magis adhuc implerentur, si Vir aliquis reconditionis doctrinæ & præstantiori alicui publico muneri præfectus, multaqve rerum Hung. gerendarum experientiâ edocetus, operi tali denuò manum admoveret, atqve plenius aliquod perfectiusqve Systema *Juris Publici Hungariae*, secundum Statum seu formam regiminis præsentem componeret, Civibus non tantum & Regnicolis Hungaria, sed Exteris etiam valde profuturum.*

M.

*M.*

*Macrus Joh. Gregorius, Szepsiensis Hungarus, Poeta Scriptum eximius, edidit libellum, de Vera gloria, carmine heroico conditum, in promotione Baccalaureorum publicè ab ipso authore in illustrissima Academia Cracoviensi A. 1562. recitatum. Cracovia im- pressit Lazarus Andrea. Vid. Simler. in Epit. Biblioth. C. Gesneri, f. 376.*

*Magnus Georgius Fridericus, Posoni, inferioris Hungariæ metropoli, vitalem spiritum hausit, inde post emensum in Gymnasio florentissimo studiorum humaniorum tramitem, & Orationem, qva Praeceptoribus suis valedixit, habitam, in Germaniam contendit, atqve Vittebergam Saxoniam Academiam famigeratissimam se recepit, ubi per plures annos præter studia Philosophica ac Philologica, Theologicapotissimum sibi curæ habuit. Qvam maximè verò opera ipsius in Poesi atqve Eloquentia eluxit, qvo ipso etiam consecutus est, ut Vittebergæ Augustam Vindel. evocatus, Rectoratus æqve ac Bibliothecæ Praefectura officio admotus fuerit, atqve spartam utramque insigni cum Juventutis fructu plures per annos exornarit. Ingruente verò ante paucos annos tum ætatis tum valetudinis gravioris molestia, rude à Magistratu donatus, nunc privatas suas operas Deo atqve Proximo in precibus ac patientia addicit. Ex Disputationibus ejus qvam plurimis aliisqve sine dubio opusculis in publicum emissis, præter duas hasce Dispp. haut alia oculos meos Scripta subierunt, nempe: *Diatriba Philologica de Lucis Gentilium, habitæ Vitteberge, Respond. Joh. Christoph. Hei- ni Sagano-Silesio A. 1674. in 4.* Item *de Antiquis S. Scripture Versionibus Germanicis, in qua Continuatio prioris Disquisitionis est instituta. Augustæ Vindel. Respond. Andrea Degmäiero. 1698. 4.**

*Scripta.*

*Marcellinus, V. C. Comes Illyrianus, ex Dalmatia propriè sic dicto regno oriundus, Justini Imp. adhuc Patricii,*

*Ff 3**Can-*

*Scripta.* Cancellarius, claruit A. C. 534. qvo *Chronicon* suum, *Rerum Orientalium in Ecclesia gestarum Historiam complectens*, finivit, exorsus illud ab anno 379. (qvo desit Hieronymus) & ad quartum usque Justiniani Imp. Consulatum deducens. Qvæ enim deinceps seqvuntur ad finem usque Justiniani, ut rectè notat Sirmondus, ab alia manu profecta sunt; adeoqve in editione Schonhoriana omnium prima desiderantur, qvamvis postea à Panvinio primùm, deinde ab aliis, nullo habito discrimine, pro Marcellianis edita. Præter Antonii Schonhorii editionem, prodiit *Chronicon* istud Parisiis 1546. 8. & 1575. Heidelberg. 1588. & ad calcem Chronicæ Eusebiani Lugduni Bat. 1606. ac Amstelodami 1658. denique Jacobus Sirmondus ex vetustissimo codice Tiliano tum ipsum *Chronicon* multò emendatius, tum *Scriptoris antiqui Appendicem* longè auctiorem dedit Parisiis. 1619. in 8. exinde relatum in *Biblioth. Patr. Tom. IX.* p. 517. Scriptor præterea Marcellinus, teste Cassiodoro Divin. Lect. c. 17. 25. Libros IV. de Temporum qualitatibus & Positionibus locorum, ac totidem alios de Urbibus CPoli & Hierosolymis. Utrumqve Opus jam diu interiit. Vide Guil. Cavei Histor. Literar. Scriptorum Eccles. P. I. fol. 287.

*Martinus*, ex Abbe Dumensi Bracarensis in Hispania Episcopus, gente *Panniorius*, juvenis adhuc ad visitanda loca sancta Hierosolymam petiit. Inde solvens Gallæciam Hispaniæ citeroris provinciam appulit: ubi, plurimis è Sverorum gente ad Catholicam fidem conversis, varia condidit Monasteria, & ipse Dumensi à se fundato præfuit, usqve ad A.C. circiter 560. qvo in Ecclesiæ Braccarensis Episcopatum evectus est. A.C. 563. Concilio Bracarensi II. interfuit: anno 572. Bracarensi III. præsedit. Obiit juxta Baronium A.C. 583. Cum verò ex Gregorio Turonensi Hist. Lib. V. c. 37. constet, eum sedem 30. plus minus annis tenuisse, necesse est, ut aut citius Episcopus factus fuerit, aut vitam ulteriori produxerit. A.C. autem 589. Pantardus successor ejus Concilio Toletano III. subscriptis, adeò ut aut Gregorius annorum numerum

rum rotundè & laxo sensu supputasse censendus sit, aut Episcopatus Martini paulò ante annum 560. reponendus. Vir erat sane perquam eruditus, qviqve adeò se literis imbuerat, teste *Gregorio Turonensi* ejus συγχρόω, ut nulli secundus suis temporibus habetur. *Laudes ejus Venantio Fortunato Lib. V.* utramque faciunt paginam.

Opera hujus Martini sunt : *Collectio Canonum pricipiæ ex Scriptis Graciarum, partim etiam Occidentalium Synodorum Canonibus contexta; in duas distributa partes.* Prima de Personis & rebus Ecclesiasticis agit; Secunda de iis, qvæ Laicos spectant. *Integrum Opus Canones 85. comprehendit.* In hac Collectione notatu non indignum est, Canones Apostolicos à Martino non citari. *Prodiit ista Collectio in omni Conciliorum editione, in nupera verò Tomo V. f. 503. & in Bibliotheca Juris Canonici Fustelliana Paris. 1662. Tomo I. in Append. f. 7.* *Sententia Patrum Ægyptiorum, quas à Graco quodam homine collectas Latinas fecit Martinus noſter, habentur Lat. apud Rosvveydum de Vitis Patrum, Antverp. 1628.* *Formula honesta vite, seu ut habet Isidorus Hispalensis, de Script. cap. 22. de Differentiis quatuor virtutum Liber, ad Mironem Sævorum Regem, Senecæ falsò tributus. Extat in Bibliotheca Patrum Tomo X. f. 382. ut alias editiones jam mittam.* *Prefationem ad Mironem edidit Dacherius Spicileg. Tom. X. Liber de Ira ad Vittimirum Episcopum: Liber de Paschate: Epistola ad Bonifacium Episcopum de trina mersione: Epistola adversus superstitiones.* Hæc omnia ex Codice MS. Ecclesiæ Tolitanæ descripsit, seqve in collectione sua Conciliorum editurum promisit Card. d' Aguirre, teste ipsomet Notit. Conc. Hisp. p. 92. Vid. Cvil. Cavei Hisp. Literaria Script. Eccles. P. I. f. 296. & P. II. f. 111. Confer. Isidori Hispalensis Catalogus Script. Eccles. c. 22. ejusdemque Liber. de Viris Illustr. c. 25. Labbe de Script. Eccles. Tom. I. f. 60. Josua Arndii. Lexicon Antiqq. p. 1036. &c.

S.MAR-

S. MARTINUS  
EPISCOPUS TURONENSIS,

**S**abaria urbe Pannonia, Incolis hodie Sárvár dicta, in Comitatu Szaladiensi sita, oriundus fuit, sed intra Italiam, Tiscini altus est, Parentibus secundum seculi dignitatem non infimis, gentilibus tamen. Pater ejus miles primum, post Tribunus militum fuit. Ipse armatam militiam *in adolescentia* secutus, inter scholares alas sub Rege Constantino, deinde, sub Juliano Cæsare, militavit; non tamen sponte; quia à primis fere annis divina potius servitute, sacra illustris pueri spiravit infantia. Nam *cum esset annorum decem*, invitatis parentibus ad Ecclesiam confudit, seqve Catechumenum fieri postulavit. Mox mirum in modum totus in Dei opere conversus, *cum esset annorum duodecim*. Eremum concupivit, fecissetque votis satis, si ætatis infirmitas non obstatisset, animus tamen aut circa monasteria, aut circa Ecclesiæm semper intentus, meditabatur adhuc in ætate puerili, qvod postea devotus implevit. Sed cum edictum esset à Regibus, ut veteranorum filii ad militiam scriberentur, prodente Patre, qui felicibus ejus aëribus invidebat, *cum esset annorum quindecim*, raptus & catenatus, sacramentis militaribus implicatus est, uno tantum servo comite contentus, cui tamen versa vice dominus serviebat, adeo ut plerumque ei & calceamenta detraheret, & ipse detergeret, cibum unà caperent, hic tamen saepius ministraret. *Triennium fere ante Baptisma in armis fuit*, integer tamen ab iis vitiis, quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas, patientia vero atque humilitas ultra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudare non est necesse, qva ita usus est, ut jam illo tempore non miles, sed monachus putaretur. Qibus rebus ita sibi omnes commilitones suos devin-

devinxerat, ut eum miro affectu venerarentur. *Necdum tamen regeneratus in Christo*, agebat qvendam bonis operibus baptismatis candidatum: assistere scil. laborantibus, opem ferre misericordis, alere egentes, vestire nudos, nihil sibi ex militiae stipendiis, præter qvotidianum viatum, reservans: jam tum Evangelii non surdus auditor, de crastino non cogitabat. Qyodam itaqve tempore, cum jam nihil præter arma & simplicem militiae vestem haberet, media hie me, qvæ solito asperior inhorruerat, adeo ut plerosqve vis algoris extingveret, obvium habet in porta Ambianensium civitatis pauperem nudum, qui cum prætereuntes, ut sui miserentur, oraret, omnesqve miserum præterirent, intellexit vir Deo plenus, sibi illum, aliis misericordiam non præstantibus, reservari; qvid tamen ageret, nihil præter chlamydem, qva indutus erat, habebat, jam enim reliqua in opus simile consumserat; arrepto itaqve ferro, quo accinctus erat, medium dividit, partemqve ejus pauperi tribuit, reliqua rursus induitur: Interea de circumstantibus ridere nonnulli, qvia deformis esset, & truncatus habitu videretur; multi tamen, qibus erat mens sanior, altius gemere, qvod nihil simile fecissent, cum utique plus habentes, vestire pauperem, sine sua nuditate, potuissent. *Nocte igitur infœcta*, cum se sopori dedisset, *vidit Christum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte vestitum*: Intueri diligentissime Dominum, vestemqve qvam dederat, jubetur agnoscere; mox ad Angelorum circumstantium multitudinem audit Jesum clara voce dicentem; Martinus adhuc catechumenus hac me teste contexit. Qvo viso, Vir beatus non in gloriam est elatus humanam, sed bonitatem Dei in suo opere cognoscens, *cum esset annorum duo de viginti, ad baptismum convolavit*; nec tamen statim militiae renuntiavit, Tribuni sui precibus evictus, cui conubernium familiare præstabat, etenim, transacto Tribunatus sui tempore, renunciaturum se seculo pollicebatur, qva Martinus expectatione suspensus, per biennium fere, posteaqvam est baptizma consecutus, solo licet nomine, militavit. Exinde relictæ

militia, *S. Hilarium Pictaviae Episcopum civitatis*, expetivit, & aliquamdiu apud eum commoratus est. Tentavit autem idem Hilarius, *imposito Diaconii officio*, sibi eum arctius implicare, & ministerio vincire divino, sed cum sapissime restitisset, indignum se esse vociferans, intellexit Vir altioris ingenii, hoc eum modo posse constringi, si id ei officii imponeret, in quo qvidam locus injuriæ videretur: itaque *Exorcistam* eum esse præcepit; quam ille ordinationem, ne despexisse, tanquam humiliorem, videretur, non repudiavit. Nec multo post admonitus per soporem, *ut patrīam parentesque*, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine visitaret, ex voluntate *S. Hilarii profectus est*, sed incepsus peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres, multa se adversa passurum; quod postea probavit eventus. Ac primum inter Alpes devia secutus, incidit in latrones, cumque unus securim elevatam in caput ejus librasset, ictum ferientis dextra sustinuit alter, vincit tamen post tergum manibus, uni servandus & spoliandus traditur: Martinus autem ingressus Evangelicam disputationem, verbum Dei ei prædicabat, atque latro credens, conversus est ad fidem Christi. Inde Martinus vinculis solitus progressus, *cum Mediolanum praterisset, diabolus in itinere, humana specie assumta, se ei obvium tulit, quod tenderet, querens?* cumque Martinus respondisset, se, quo Dominus vocaret, tendere, ait ad eum; quocunque ieris, vel quocunque tentaveris, diabolus tibi adversabitur: tunc ei respondit; Dominus mihi adjutor est, non timebo, quid faciat mihi homo; statimque è conspectu ejus inimicus evanuit: deinde Matrem gentilitatis absolvit errore, Patrem in malis perseverante. Postea cum heresis Arriana per totum orbem, & maxime intra Illyricum, pullulasset, eidem resistens multis suppliciis affectus & publice virginis cælus est, inde Italianam repetens, *Mediolani sibi monasterium statuit, sed ex hac urbe ab Auxentio Principe Arrianorum exturbatus, ad Insulam Gallinariam secessit, ubi aliquamdiu radicibus vixit herbarum, quo tempore elleborum, venenatum gramen in cibum sumvit, sed cum vim*

vim veneni in se grassantis, vicina jam morte, sensisset, imminens  
 periculum oratione repulit. Cùm autem Romam profectus, S.  
 Hilarium non amplius in urbe, sed in via Mediolanum versus of-  
 fenidisset, haud longe ab oppido qvodam monasterium sibi collo-  
 cavit, quo tempore se ei *quidam catechumenus* junxit, cupiens  
 sanctissimi viri institui disciplinis, paucisqve interpositis diebus lan-  
 gvore correptus, vi febrium laborabat, ita qvidem, ut absqve  
 baptismate moreretur, Martinus tum absens forte reversus, &  
 examine corpus flens intuens, obseratis cellulæ foribus, super ex-  
 animata defuncti fratris membra prostratus, & orationi aliquam-  
 diu incumbens, Catechumenum virtute Domini cœlestis in vi-  
 tam revocavit, redditusqve ita vitæ, statim baptismus consecutus,  
 plures postea vixit annos. *Nec multo post*, dum agrum *Lupicini*,  
 cuiusdam honorati secundum seculum viri præteriret, cognovit,  
 unum è familia ipsius servulum laqueo sibi vitam extorsisse, cellu-  
 lam igitur, in qua corpus jacebat, ingressus, eique superstratus,  
 aliquantisper cravite, mox vividente vultu, defunctus apprehen-  
 sa Martini dextera, in pedes constituit, atque sic vitam recepit.  
 Sub idem fere tempus ad *Episcopatum Turonensem* petitus, tum  
 ipse in monasterio suo manere desiderans, tum adversantes aliqui  
 Episcopi, præcipue Defensor nomine repugnabant, dicentes scil.  
 Martinum contemibilem esse personam, indignum esse Episco-  
 patu hominem vultu despicabilem, veste sordidum, crine defor-  
 mem, sed à Lectore Psalterio circa tempus lectionis fortuito ar-  
 repto, in Psalmi versiculum incidit; Ex ore infantium & lacten-  
 tium, &c. ut destruas inimicum & defensorem, quo à populo au-  
 dito, clamoreqve excitato, *Episcopus tandem Turonensis creatus*  
 est A. C. 375. Episcopatu autem sumto, idem perseverabat, qui  
 prius fuerat, eadem in corde ejus humilitas, eadem in vestitu vi-  
 litas erat, neque propositum monachi virtutemqve deseruit, sed  
 duobus fere extra civitatem millibus Monasterium sibi statuit, in  
 quo discipuli octoginta erant, qui ad exemplum ipsius institue-  
 bantur. Erat proximus monasterio locus, quem falsa hominum